B

INDEX LIBRORVM PROHIBITORVM ALEXANDRI VII, PONTIFICIS MAXIMI IVSSV EDITVS.

Actorum XIX.

MVLTI AVTEM EX EIS QVI FVERANT
Curiosa sectati, contulerunt LIBROS & combusserunt
coram omnibus.

Iuxta EXEMPLAR excusum



ROMÆ,

EX TYPOGRAPHIA REV. CAM. APOST.

Cum Priuilegio.

M DC LXVII.



F. VINCENTIVS FANVS ORD. PRÆDICATORVM SAC. CONG. Indicis SECRETARIVS.

CATHOLICO LECTORI.



RODIIT anno superiori Librorum Prohibitorum Index, vna exhibens tum Pontificias Constitutiones in hac materia editas, tum singula huc spectantia Decreta, & quidquid demum videbatur posse ad Indicem omnibus suis numeris absolutum pertinere. En, jussus, do alterum, at sola necessariarum partium dispositione diuersum à prioti, ideóque simul, & compendiosiorem, & locis nonnullis auctiorem. Nempe consultò hic omittitur illa, quæ in Indicibus Tridentino, & Clementino appa-ret interpunctio Classium primæ, secundæ, tertiæ, vt minùs luxaretur ordo alphabeticus, (vtique tibi commodior, quia promptior:) qui hic decurrit continuata serie, simplicique contextu, Nihilominùs si fortè, & hic eadem illa Classium discrimina subnotare desideras, vltro occurrent; modò adverteris, quod vbicumque solum Auctoris vetiti nomen, & cognomen videris, ex prima Classe Tridentini & Clementini Indicis huc illatum noris: at vbi sine Auctoris nomine, aut cognomine solus indigitatur liber, hunc in tertia Classe, quæ incertorum Auctorum opera complectitur, deprehensum puta. Denique vbi junctim nominantut Auctor, ejusque liber, aut libri, memineris secundæ Classi adscriptum esse. Nec mireris vnum, eumdemque seu librum, seu libri Scriptorem in pluribus hujus alphabeti locis recurrere, sic enim oportuit, vt sicubi proprium ejus titulum, aut nomen, quod quæreres, mente non tenebas, saltim alibi ex agnomine, aut scriptionis materia in eum incidas, quem investigabas. *Vale, & fruere.*

† 2. REGV-

REGVLÆ INDICIS

SACRO-SANCTÆ SYNODI TRIDENTINAE IVSSV EDITAE.

REGVLA I.



Ibri omnes, quos ante annum, M. D. XV. aut Summi Pontifices, aut Concilia œcumenica damnarunt, & in hoc Indice non sunt, eodem modo damnati esse censeantur, sicut olim damnati fuerunt.

REGVLA II.

Hæresiarcharum libri tam eorum, qui post prædictum annum, hæreses inuenerunt, vel suscitarunt, quàm qui hæreticorum Capita, aut Duces sunt, vel fuerunt, quales sunt, Lutherus, Zvvinglius, Caluinus, Balthasar Pacimótanus Schvvencfeldius, & his similes; cuiuscumque nominis, tituli, aut argumenti existant, omninò prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidem ex professo tractant omninò damnantur.

Qui verò de Religione non tractant, à Theologis Catholicis iussu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati permittuntur.

Libri etiam catholicè conscripti, tam ab illis, qui postea in hæresim lapsi sunt, quàm ab illis, qui post lapsum ad Ecclesiæ gremium rediere, approbati à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis Catholicæ, vel ab Inquisitione generali, permitti poterunt.

REGVLA III.

Versiones Scriptorum etiam Ecclesiasticorum, quæ hactenus editæ sunt à damnatis auctoribus, modò nihil contra sanam doctrinam contineant permittuntur.

Librorum autem Veteris Testamenti versiones, viris tantùm doctis, & piis, iudicio Episcopi concedi poterunt: modò huiusmodi versionibus tanquam elucidationibus vulgatæ editionis, ad intelligendam Sacram Scripturam, non autem tanquam sacro texto, vtantur.

Versiones verò Noui Testamenti, ab auctoribus primæ classis huius Indicis factæ, nemini concedantur, quia vtilitatis parum, periculi verò plurimum lectoribus ex earum lectione manere solet.

Si quæ verò annotationes cum huiusmodi, quæ permittuntur versionibus, vel cum vulgata editione circumferuntur, expunctis locis suspectis à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis Catholicæ, aut Inquisitione Generali, permitti eisdem poterunt, quibus & versiones.

Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quod vulgo Biblia Vatabli dicitur, aut partes eius, concedi viris piis, & doctis poterunt.

Ex Bibliis verò Isidori Clarii Brixiani prologus, & prolegomena præcidantur: eius verò textum, nemo textum vulgatæ editionis esse existimet.

REGVLA IV.

Cvm experimento manifestum sit, si Sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem, detrimenti, quàm vtilitatis oriri; hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur, vt cum consilio Parochi, vel Confessarii, Bibliorum à Catholicis auctoribus versorum, lectionem vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint, ex huiusmodi lectione non damnum, sed fidei, atque pietatis augmentum capere posse; quam facultatem in scriptis habeant.

Qui autem absque tali facultate ea legere, seu habere, præsumpserit; nisi priùs Bibliis Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit.

Bibliopolæ verò, qui prædictam facultatem non habenti, Biblia idiomate vulgari conscripta vendiderint, vel alio quouis modo concesserint, librorum pretium, in vsus pios ab Episcopo convertendum, amittant: aliisque pœnis pro delicti qualitate eiusdem Episcopi arbitrio subiaceant.

Regulares verò, nonnisi facultate à Prælatis suis habita, ea legere, aut emere possint.

REGVLA V.

Libri illi, qui hæreticorum auctorum opera interdum prodeunt in quibus nulla, aut pauca de suo apponunt, sed aliorum dicta colligunt, cuiusmodi sunt Lexica, Concordantiæ, Apophthegmata, Similitudines, Indices, & huiusmodi, si quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant; illis, Episcopi, & Inquisitores, vnà cum Theologorum Catholicorum consilio sublatis, emendatis, permittantur.

REGVLA VI.

Libri vulgari idiomate de controuersiis inter catholicos, & hæreticos nostri temporis, differentes, non passim permittantur, sed idem de iis seruetur, quod de Bibliis vulgari lingua scriptis statutum est.

Qui verò de ratione bene viuendi, contemplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam contineant, non est cur prohibeantur, sicuti nec sermones populares, vulgari lingua habiti.

Quod si hactenus, in aliquo Regno, vel Prouincia, aliqui libri sunt prohibiti, quod nonnulla contineant, quæ sine delectu ab omnibus legi non expediat; si eorum auctores catholici sunt, postquam emendati fuerint, permitti ab Episcopo, & Inquisitore poterunt.

REGVLA VII.

Libri, qui res lasciuas seu obscœnas, ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed & morum, qui huiusmodi librorum lectione facilè corrumpi solent, ratio habenda sit, omninò prohibentur: & qui eos habuerint, seuerè ab Episcopis puniantur.

Antiqui verò, ab Ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem permittuntur: nulla tamen ratione pueris perlegendi erunt.

REGVLA VIII.

Libri, quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, diuinationem, seu superstitionem spectant, à Catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgati; concedi possunt.

Idem judicium sit de prologis, summariis, seu annotationibus, quæ à damnatis auctoribus, libris non damnatis apposita sunt: Sed posthac non nisi emendati excudantur.

REGVLA IX.

Libri, omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aëromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reiiciuntur.

Episcopi verò diligenter prouideant, ne Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisue casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent.

Permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, quæ nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia, conscripta sunt.

REGVLA X.

In librorum, aliarumue scripturarum impressione seruetur, quod in Concilio Lateranensi sub Leone Decimo sess. 10. statutum est.

Quare si in Alma Vrbe Roma, liber aliquis sit imprimendus, per Vicarium Summi Pontificis, & Sacri Palatii Magistrum, vel personam à Sanctissimo Domino Nostro deputandam, prius examinetur.

In aliis verò locis ad Episcopum, vel alium habentem scientiam libri, vel scripturæ imprimendæ, ab eodem Episcopo deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis, eius Ciuitatis, vel Diœcesis, in qua impressio fiet, eius approbatio, & examen pertineat; & per eorum manum, propria subscriptione gratis, & sine dilatione imponendam, sub pœnis, & censuris in eodem decreto contentis, approbetur: hac lege, & conditione addita, vt exemplum libri imprimendi authenticum, & manu auctoris subscriptum apud Examinatorem remaneat.

Eos verò, qui libellos manuscriptos vulgant, nisi ante examinati, probatique fuerint, iisdem pœnis subiici debere iudicarunt Patres deputati, quibus impressores: Et qui eos habuerint, & legerint, nisi auctores prodierint pro auctoribus habeantur.

Ipsa verò hujusmodi librorum probatio in scriptis detur, & in fronte libri, vel scripti, vel impressi authenticè appareat; probatióque, & examen, ac cætera gratis fiant.

Præterea in singulis Ciuitatibus, ac Diœcesibus, domus, vel loci, vbi ars impressoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium, sæpiùs visitentur à personis ad id deputandis ab Episcopo, siue eius Vicario, atque etiam ab Inquisitore hæreticæ prauitatis, vt nihil eorum, quæ prohibentur, aut imprimatur, aut vendatur, aut habeatur.

Omnes verò Librarii, & quicumque librorum venditores, habeant in suis bibliothecis Indicem librorum venalium, quos habent, cum subscriptione dictarum personarum: nec alios libros habeant, aut vendant, aut quacumque ratione tradant, sine licentia eorundem deputandorum, sub pœna amissionis librorum, & aliis arbitrio Episcoporum, vel Inquisitorum imponendis. Emptores verò, Lectores, vel Impressores eorumdem arbitrio puniantur.

Quod si aliqui libros quoscunque in aliquam Ciuitatem introducant, teneantur iisdem personis deputandis enunciare: vel si locus publicus mercibus eiusmodi constitutus sit, ministri publici eius loci, prædictis personis significent, libros esse adductos.

Nemo verò audeat, librum, quem ipse, vel alius in Ciuitatem introduxit, alicui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare, aut commodare, nisi ostenso prius libro, & habita licentia à personis deputandis, aut nisi notoriè constet, librum jam esse omnibus permissum.

Idem quoque seruetur ab hæredibus, & executoribus vltimarum voluntatum, vt libros à defuncto relictos, siue eorum indicem, illis personis deputandis, offerant: & ab iis licentiam obtineant, priusquam eis vtantur, aut in alias personas, quacunque ratione eos transferant.

In his autem omnibus, & singulis, pœna statuatur, vel amissionis librorum, vel alia, arbitrio eorundem Episcoporum, vel Inquisitorum, pro qualitate contumaciæ, vel delicti.

Circa verò libros, quos Patres deputati, aut examinarunt, aut expurgarunt, aut expurgandos tradiderunt, aut certis conditionibus, vt rursus excuderentur, concesserunt, quicquid illos statuisse constiterit, tàm bibliopolæ, quàm cæteri obseruent.

Liberum tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus, secundùm facultatem, quam habent, eos etiam libros, qui his Regulis permitti videntur prohibere, si hoc in suis Regnis, aut Prouinciis, vel Diœces. expedire judicauerint.

Cæterum nomina eorum librorum, qui à Patribus deputatis purgati sunt, tum eorum, quibus illi hanc prouinciam dederunt, eorundem deputatorum Secretarius, Notario sacræ vniuersalis Inquisitionis Romanæ descripta, Sanctissimi Domini nostri iussu tradat.

Ad extremum verò omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum Regularum præscriptum, aut huius Indicis prohibitionem, libros aliquos legere, aut habere.

Quod si quis libros hæreticorum, vel cuiusvis auctoris scripta, ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, siue habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat.

Qui verò libros, alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, judicio Episcoporum seuerè puniatur.

OBSERVATIONES
Ad Regulam quartam, & nonam, CLEMENTIS PAPÆ VIII. iussu factæ.

Circa quartam Regulam.

ANimaduertendum est circa supradictam quartam regulam Indicis felic. rec. Pii Papæ IV. nullam per hanc impressionem, & editionem de nouo tribui facultatem Episcopis, vel Inquisitoribus, aut Regularium Superioribus, concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cùm hactenus mandato, & vsu Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis sublata eis fuerit facultas concedendi huiusmodi licentias legendi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias Sacræ Scripturæ, tàm Noui, quàm Veteris Testamenti partes, quauis vulgari lingua edita: ac insuper summaria, & compendia etiam historica eorumdem Bibliorum, seu librorum Sacræ Scripturæ quocumque vulgari idiomate conscripta: quod quidem inuiolatè seruandum est.

Circa nonam regulam.

CIrca Regulam jx. ejusdem Indicis ab Episcopis, & Inquisitoribus Christi fideles sedulò admonendi sunt, quòd in legentes, aut retinentes contra regulam hanc, libros huiusmodi Astrologiæ, diuinationum, & sortilegiorum, rerumque aliarum in eadem Regula expressarum, procedi potest, non modo per ipsos Episcopos, & Ordinarios, sed etiam per Inquisitores locorum ex constitutione fel. rec. Sixti Papæ Quinti contra exercentes Astrologiæ judiciariæ artem, & alia quæcunque divinationum genera, librosque de eis legentes, ac tenentes, promulgata; sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXXV. Nonis Ianuarii, Pontificatus sui anno primo.

OBSERVATIONES
Ad Regulam Decimam ALEXANDRI PAPÆ VII. iussu additæ.

OBseruandum est circa regulam decimam, quod degentes in statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subjecto non possunt transmittere libros à se compositos alibi imprimendos sine expressa approbatione, & in scriptis Eminentissimi, ac Reverendissimi D. Cardinalis Sanctissimi D. Nostri Vicarii, & Magistri Sacri Palatii, si in Vrbe; si verò extra Vrbem existant, sine Ordinarii loci illius, siue ab his Deputatorum facultate, & licentia operi insigenda.

Qui verò super impressionem librorum ordinariam, aut delegatam auctoritatem exercent, dent operam, ne ad examen librorum huiusmodi, personas affectui auctorum quomodolibet addictas, præsertim verò propinquitate illos, aut alia (quantumvis à longe petita ea sit, veri, & sinceri judicii corruptrice) necessitudine contingentes admittant; super omnia autem ab oblatis sibi in hanc operam per eosdem Auctores Censoribus caueant. Sedulis demum vtantur, quos doctrina morumque integritate probatos ab omni suspicione gratiæ intactos, ac si fieri potest, Auctoribus ipsis ignotos, & vnius boni publici, Deique gloriæ studiosos cognoverint. Quo vero ad Auctores Regulares cujuscunque Ordinis, & Instituti sint, illud præterea obseruandum; vt ne eorum scripta, vel opera aliis eiusdem Instituti Regularibus examinanda committantur, sed alterius Ordinis, & Instituti viri pii doctique & à partium studio, atque ab amoris, & odii stimulis prorsus remoti eligantur; per hoc autem non tollitur, quin intra eorumdem Regularium Ordinem per Religiosos eiusdem Ordinis Superiorum suorum iussu præfati libri examinari non debeant.

De Thalmud, & aliis libris Hebræorum.

QVamvis in tertia classe Indicis prædicti Pij Papæ IV. sub litera T. Thalmud Hebræorum, ejusque glossæ, annotationes, interpretationes, & expositiones omnes prohibeantur; sed quod si absque nomine Thalmud, & sine injuriis, & calumniis in Religionem Christianam aliquando prodiissent, tolerarentur: quia tamen Sanctissimus Dominus Noster Dominus Clemens Papa VIII. per suam constitutionem contra impia scripta, & libros Hebræorum sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXXXII. pridie Kal. Martii Pontific. sui anno secundo, illos prohibuit, atque damnauit: mens ipsius non est, eos propterea vllatenus etiam sub illis conditionibus permittendi, aut tolerandi; sed specialiter, & expressè statuit, & vult, vt hujusmodi impii Thalmudici, Cabalistici, aliique nefarii Hebræorum libri omnino damnati, & prohibiti maneant, & censeantur: atque super eis, & aliis libris hujusmodi prædicta Constitutio perpetuò, & inuiolabiliter obseruetur.

De Libro Magazor.

AD hæc sciant Episcopi, Ordinarii, & Inquisitores locorum, librum Magazor Hebræorum, qui continet partem officiorum, & ceremoniarum ipsorum, & Synagogæ, Lusitanica, Gallica, Germanica, Italica, aut quauis alia vulgari lingua præterquam Hebræa editum, iamdiu ex speciali decreto rationabiliter prohibitum esse. Idcirco provideant illum nullatenus permitti, aut tolerari debere, nisi Hebraïca lingua prædicta.

De Libris Ioannis Bodini.

CVM in Appendice secundæ classis sub litera I. dicatur (Ioannis Bodini Andegauensis

Dæmo-

Dæmonomania omnino prohibetur, liber verò de Republica, & Methodus ad facilem historiarum cognitionem tamdiu prohibita sint, quousque ab auctore expurgata, cum approbatione Magistri Sacri Palatii prodierint.) Id quidem per errorem fortasse librarii factum creditur: nam liber de Republica eiusdem Ioannis Bodini, primum die xv. Mensis Octobris M. D. XCII. deinde liber Dæmonomaniæ die primo Mensis Septembris M. D. XCIV. ab eodem Sanctissimo Domino nostro Papa simpliciter damnati sunt, ac proinde vterque damnatus, & prohibitus censendus est.

INSTRVCTIO
Ejusdem Clementis VIII. auctoritate Regulis Indicis adiecta.

Eorum, qui libris tum prohibendis, tùm expurgandis, tum etiam imprimendis, diligentem, ac fidelem (vt par est) operam sunt daturi.

AD Fidei Catholicæ conseruationem non satis est, quinam ex iam editis Libris damnatæ lectionis sint, cognoscere (quod Indice, & Regulis confectis per Patres à generali Tridentina Synodo delectos, præcipuè sancitum est) nisi illud etiam caueatur, ne vel iidem denuò pullulent libri, vel similes alii emergant, & propagentur, qui incautas fidelium mentes occulto veneno inficientes, iusta ac merita damnatione digni iudicentur.

Vt igitur quicumque posthac, seu veteres, seu noui libri edentur quàm maximè puri, & tàm in iis, quæ ad fidem, quàm quæ ad mores pertinent incontaminati existant, quid circa malorum librorum interdictionem, ad eos penitus abolendos, tam ab Episcopis, & Inquisitoribus, quàm à cæteris, quorum ad id in Ecclesia Dei studium valere, & auctoritas potest, (præter ea, quæ Tridentinorum Patrum Regulis supradictis decreta sunt) publica vtilitas exigat, capitibus infra positis, diligentiùs sancitur, iisdemque statuitur, quæ omnino in posterum, tum ab iisdem Episcopis, & Inquisitoribus, aliisque vt præfertur, in malorum librorum interdictione, & abolitione, tum à Correctoribus in librorum, ac cæterorum quorumcumque scriptorum correctione, atque emendatione, tum à Typographis in ipsorum librorum impressione, (pœna pro arbitrio Episcopi, & Inquisitoris aduersus eosdem Typographos constituta) inuiolatè sint obseruanda.

DE PROHIBITIONE LIBRORVM.

§. i.

CVrent Episcopi, & Inquisitores, vt statim atque hic Index fuerit publicatus, eorum iurisdictioni subjecti ad ipsos descripta sigillatim deferant nomina librorum omnium, & singulorum, quos apud se in eodem Indice prohibitos, quisque reperiet.

Ad huiusmodi verò libros sic significandos, infra certum tempus ab Episcopo, vel Inquisitore præscribendum, omnes cuiuscumque gradus, & conditionis extiterint, sub graui pœna, eorum arbitratu infligenda, teneantur.

Romæ verò hæc omnia certò à se propositis edictis, præscribendo tempore, præstari curabit Sacri Palatii Magister.

§. ii.

SI qui erunt, qui librum vnum, aut plures ex prohibitis, qui ad præscriptum Regularum permitti possunt, certa aliqua ex causa potestatem sibi retinendi, aut legendi fieri, ante expurgationem desiderent: concedendæ facultatis extra Vrbem, ius erit penes Episcopum, aut Inquisitorem; Romæ penes Magistrum Sacri Palatii.

Qui quidem, gratis eam, & scripto manu sua subsignato tribuent, de triennio in triennium renouandam, ea in primis adhibita consideratione, vt nonnisi viris dignis, ac pietate, & doctrina conspicuis, cum delectu, eiusmodi licentiam largiantur: iis autem in primis, quorum studia, vtilitati publicæ, & sanctæ Catholicæ Ecclesiæ vsui esse, compertum habuerint.

Qui inter legendum, quæcunque reperierint animaduersione digna, notatis capitibus, & foliis, significare Episcopo, vel Inquisitori teneantur.

§. iii.

ILlud etiam Catholicæ fidei conseruandæ necessitas, extra Italiam maximè, cum ab Episcopis, & Inquisitoribus, tum à publicis Vniuersitatibus, omni doctrinæ laude florentibus postulat; vt eorum librorum Indicem confici, & publicari curent, qui per eorum Regna, atque Prouincias, hæretica labe infecti, ac bonis moribus contrarii, vagantur, siue illi propria nationis, siue aliena lingua conscripti fuerint.

Vtque ab eorum lectione, seu retentione, certis pœnis, ab eisdem Episcopis, & Inquisitoribus propositis, eorumdem Regnorum, ac Prouinciarum homines arceant.

Ad quod exequendum. Apostolicæ Sedis Nuntii, & Legati extra Italiam, eosdem Episcopos, Inquisitores, & Vniuersitates, sedulò excitare debebunt.

§. iv.

IIdem Apostolici extra Italiam Nuntii, siue Legati, necnon in Italia Episcopi, & Inquisitores; eam curam suscipient, vt singulis annis Catalogum diligenter collectum librorum in suis partibus impressorum, qui aut prohibiti sint, aut expurgatione indigeant, ad Sanctam Sedem Apostolicam, vel Congregationem Indicis, ab illa deputatam, transmittant.

§. v.

EPiscopi, & Inquisitores, seu ab iisdem subdelegati, & deputati, tam in Italia, quàm extra; penes se habeant singularum nationum Indices, vt librorum, qui apud illas damnati, ac prohibiti sunt, cognitionem habentes, facilius prospicere possint, an etiam à suæ jurisdictionis terris, eosdem recognitos, arcere, vel retinere debeant.

§. vi.

IN vniversum autem de malis, & perniciosis libris id declaratur, atque statuitur, vt qui certa aliqua lingua initio editi, & deinde prohibiti, ac damnati à Sede Apostolica sunt; eosdem quoque in quamcunque postea vertantur linguam, censeri ab eadem Sede, vbique gentium, sub eisdem pœnis interdictos, & damnatos.

DE CORRECTIONE LIBRORVM.

§. i.

HAbeant Episcopi, & Inquisitores conjunctim facultatem quoscumque libros iuxta præscriptum hujus Indicis, expurgandi, etiam in locis exemptis, & nullius: vbi verò, nulli sunt Inquisitores, Episcopi soli.

Librorum verò expurgatio, nonnisi viris eruditione, & pietate insignibus committatur; iique sint tres, nisi fortè, considerato genere libri, aut eruditione eorum, qui ad id deligentur, plures, vel pauciores judicentur expedire.

Vbi emendatio confecta erit, notatis capitibus, paragraphis, & foliis, manu illius, vel illorum, qui expurgauerint, subscripta, reddatur eisdem Episcopis, & Inquisitoribus, vt præfertur; qui si emendationem approbauerint, tunc liber permittatur.

§. ii.

QVi negotium susceperit corrigendi, atque expurgandi, circumspicere omnia, & attentè notare debet, non solùm quæ in cursu operis manifestè se offerunt, sed si quæ in scholiis, in summariis, in marginibus, in indicibus librorum, in præfationibus, aut epistolis dedicatoriis, tanquam in insidiis delitescunt.

Quæ autem correctione, atque expurgatione indigent, ferè hæc sunt, quæ sequuntur.

Propositiones hæreticæ, erroneæ, hæresim sapientes, scandalosæ, piarum aurium offensiuæ, temerariæ, schismaticæ, seditiosæ, & blasphemæ.

Quæ contra Sacramentorum ritus, & ceremonias, contraque receptum vsum, & consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nouitatem aliquam inducunt.

Profanæ etiam nouitates vocum ab hæreticis excogitatæ, & ad fallendum introductæ.

Verba dubia, & ambigua, quæ legentium animos à recto, catholicoque sensu, ad nefarias opiniones abducere possunt.

Verba Sacræ Scripturæ non fideliter prolata, vel à prauis hæreticorum versionibus deprompta, nisi fortè afferentur, ad eosdem hæreticos impugnandos, & propriis telis jugulandos, & convincendos.

Expungi etiam oportet verba Scripturæ Sacræ quæcunque ad profanum vsum impiè accommodantur: tum quæ ad sensum detorquentur abhorrentem à Catholicorum Patrum, atque Doctorum vnanimi sententia.

Itemque epitheta honorifica, & omnia in laudem hæreticorum dicta deleantur.

Ad hæc reiiciuntur omnia, quæ superstitiones, sortilegia, ac diuinationes sapiunt.

Item quæcunque fato, aut fallacibus signis, aut ethnicæ fortunæ, humani arbitrii libertatem subiiciunt, obliterentur.

Ea quoque aboleantur, quæ paganismum redolent.

Item quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum detrahunt, bonisque moribus, & Christianæ disciplinæ sunt contraria, expungantur.

Expungendæ sunt etiam propositiones, quæ sunt contra libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam.

Item quæ ex gentilium placitis, moribus, exemplis, tyrannicam politiam fouent, & quam falsò vocant rationem status ab Euangelica, & Christiana lege abhorrentem inducunt, deleantur.

Explodantur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus, religiosorum ordines, statum, dignitatem, ac personas lædunt, & violant.

Facetiæ etiam, aut dicteria in perniciem, aut præjudicium famæ, & existimationis aliorum jactata, repudientur.

Denique lasciua, quæ bonos mores corrumpere possunt, deleantur.

Et si quæ obscænę imagines, prædictis libris expurgandis impressæ, aut depictę extent, etiam in literis grandiusculis, quas initio librorum, vel capitum imprimi moris est, hujus generis omnia penitus obliterentur.

§. iii.

IN libris autem Catholicorū recentiorum, qui post annum Christianæ salutis M. D.XV. conscripti sunt, si id, quod corrigendum occurrit, paucis demptis, aut additis emendari posse videatur; id Correctores faciendum curent: sin minus, omnino auferatur.

§. iv.

IN libris autem Catholicorum veterum nihil mutare fas sit, nisi vbi aut fraude hæreticorum, aut typographi incuria manifestus error irrepserit.

Si quid autem majoris momenti, & animaduersione dignum occurrerit, liceat in nouis editionibus, vel ad margines, vel in scholiis adnotare; ex in primis adhibita diligentia, an ex doctrina, locisque collatis ejusdem auctoris sententia difficilior illustrari, ac mens eius planiùs explicari possit.

§. v.

POstquam codex expurgatorius confectus erit, ut mandato Episcopi, & Inquisitoris impressus, qui libros expurgandos habebunt, poterunt de eorumdem licentia, juxta formam in codice traditam eos corrigere, ac perpurgare.

DE IMPRESSIONE LIBRORVM.

§. i.

NVllus liber in posterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen, & patriam præferat auctoris.

Quod si de auctore non constet, aut justam aliquam ob causam, tacito ejus nomine, Episcopo, & Inquisitori liber edi posse videatur, nomen illius omnino [illegible], qui librum examinauerit, atque approbauerit.

In his verò generibus librorum, qui ex variorum scriptorum dictis, aut exemplis, aut vocibus, compilari solent, is qui laborem colligendi, & compilandi susceperit, pro auctore habeatur.

§. ii.

REgulares, præter Episcopi, & Inquisitoris licentiam, (de qua regula decima dictum est) meminerint, teneri se, Sacri Concilii Tridentini decreto, operis in lucem edendi facultatem, à Prælato, cui subjacent obtinere.

Utramque autem concessionem, quæ appareat, ad principium operis imprimi faciant.

§. iii.

CVrent Episcopi, & Inquisitores pœnis etiam propositis ne impressoriam artem exercentes, obscænas imagines, turpesue, etiam in grandiusculis literis imprimi consuetas, in librorum deinceps impressione apponant.

Ad libros verò, qui de rebus Ecclesiasticis, aut spiritualibus conscripti sunt, ne characteribus grandioribus vtantur, in quibus expressè appareat alicuius rei profanæ, nedum turpis obscænæve species.

Qui etiam inuigilabunt summopere, vt in singulorum impressione librorum, nomen Impressoris, locus impressionis, & annus, quo liber impressus est, in principio eius, atque in fine annotetur.

§. iv.

QVI operis alicujus editionem parat, integrum eius exemplar exhibeat Episcopo, vel Inquisitori: id vbi recognouerint, probauerintque penes se retineant. Quod Romæ quidem in Archiuio Magistri Sacri Palatii: extra Vrbem verò, in loco idoneo, quem Episcopus, aut Inquisitor elegerit, referuetur.

Postquam autem liber impressus erit, non liceat cuiquam venalem in vulgus proponere, aut quoquo modo publicare, antequam is, ad quem hæc cura pertinet, illum cum manuscripto apud se retento, diligenter contulerit, licentiamque vt vendi, publicarique possit, concesserit.

Idque tum demum faciendum, cum exploratum habebitur, Typographum fideliter se in suo munere gessisse, neque ab exemplari manuscripto vel minimum discessisse.

§. v.

CVrent Episcopi, & Inquisitores, quorum muneris erit facultatem libros imprimendi concedere; vt eis examinandis, spectatæ pietatis, & doctrinæ viros adhibeant, de quorum fide, & integritate, sibi polliceri queant: nihil eos gratiæ daturos, nihil odio, sed omni humano affectu posthabito, Dei dumtaxat gloriam spectaturos, & fidelis populi vtilitatem.

Talium autem virorum approbatio, vna cum licentia Episcopi, & Inquisitoris, ante initium operis imprimatur.

§. vi.

TYpographi, & Bibliopolæ coram Episcopo, aut Inquisitore, & Romæ coram Magistro Sacri Palatii, jurejurando spondeant, se munus suum, catholicè, sincerè, ac fideliter executuros, huiusque Indicis Decretis, ac regulis, Episcoporumque & Inquisitorum edictis, quatenus eorum artes attingunt, obtemperaturos; neque ad suæ artis ministerium, quemquam scienter admissuros, qui hæretica labe sit inquinatus.

Quod si inter illos, insignes, ac eruditi nonnulli reperiantur, fidem etiam catholicam, juxta formam à Pio IV. fel. rec. præscriptam, eorumdem Superiorum arbitrio, profiteri teneantur.

§. vii.

LIber auctoris damnati, qui ad præscriptum Regularum expurgari permittitur, postquam accuratè recognitus, & purgatus, legitiméque permissus fuerit, si denuò sit imprimendus, præferat titulo inscriptum nomen auctoris, cum nota damnationis, vt quamuis quoad aliqua liber recipi, auctor tamen repudiari intelligatur.

In eisdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis, ac permissionis mentio fiat; exempli gratia, Bibliotheca à Conrado Gesnero Tigurino, damnato auctore, olim edita, ac prohibita, nunc iussu Superiorum, expurgata, & permissa.


PRIVI-

PRIVILEGIORVM SVMMA PRO

IMPRESSORE Camerali & Vaticano.

CLEMENS Papa VIII diplomate ſanxit ne quis citra voluntatem Dominici Baſæ olim in Typographia Vaticana Impreſſoris Sacra Biblia, Concilia generalia, Epiſtolas decretales, Libros ad Eccleſiaſticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum Volumina, libros etiam cujuſcumque generis, vel noviter ab ipſo edendos, vel novis additionibus auctos per decennium ab editione cujuſque voluminis imprimat, vel impreſſa venalia habeat. Quod Privilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in favorem Hieremiæ Guelfi I. V. D. ac Impreſſoris Cameralis tranſtulit, indulſitque. Idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ ſententiæ pœna puniuntur. Quod ſi in terris S. R. E. ſubiectis id contigerit, confiſcatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri ſolutione mulctabuntur, vt latiùs patet in literis ipſius Gregorii Papæ ſub datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatus ſui anno primo. Ac idem Vrbanus Octavus peculiaribus literis datis apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. May 1628. Pontificatus ſui anno quinto in favorem Andreæ Brugiotti Impreſſoris Cameralis, & Vaticani tranſtulit, indulſitque. Ac iterum Innocentius X. peculiaribus literis datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impreſſoris Cameralis, ac Vaticani, confirmavit ſub annulo Piſcatoris die 1. Martij 1646. Et tandem omnia ſupradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulſit Sanctiſſ. D. N. Alexander VII. in favorem Zenobij Maſotti præſentis Impreſſoris Cameralis, & Vaticani, datis literis die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno decimo.

SERIES



SERIES CONTENTORVM HOC LIBRO.

INDEX



INDEX LIBRORVM PROHIBITORVM ALEXANDRI SEPTIMI

Pontificis Maximi *jussu editus:*

A

Andreas Cratander.
Andreas Critius Polonus.
Andreas Dietherus.
Andreas Ellingerus.
Andreas Fabritius Chemnicensis.
Andreas Falkenbergerus. *vide*, Marcus.
Andreas Freyhub.
Andreas Fricius Modrevius.
Andreas Fulda.
Andreas de Gorlitz Professor Lipsiensis.
Andreas Gorrutius.
Andreas Hondorfius.
Andreas Hyperius.
Andreas Iacobi Gopingensis.
Andreas Knopen.
Andreas Kreuch.
Andreas Lao. *vide*, de Pontifice Romano.
Andreas Lang.
Andreas Libavius. *vide*, Appendix necessaria.
Andreas Libonius. *vide*, Defensio, & Declaratio.
Andreas Muncerus.
Andreas Musculus.
Andreas Odonus.
Andreas Osiander.
Andreas Otho Hertzbergensis.
Andreas Pancratius.
Andreas Petrius.
Andreas Poach.
Andreas Pouchemius.
Andreas Scoffius, *vel* Scoppius.
Andreas Scopsius. *vide*, Hieronymi Treutleri.
Andreas Shmidellinus. *vide*, Iacobus.
Andreas à Skeuve.
Andreas Volanus.
Andreæ Althameri Commentaria in Tacitum de situ, & moribus, & Populis Germaniæ, donec corrigatur.
Andreæ Cludij ad III. Tit. Digest. & Codicis de conditione ob turpem, vel iniustam causam Commentarius.
Andreæ Corvi liber de Chiromantia.
Andreæ Iacobi. *vide*, Iacobus.
Andreæ Masij Commentaria super Iosuè, donec corrigantur.
Andreæ Mauroceni Historia Veneta ab anno 1521. vsque ad annum 1615. donec corrigatur.
Anetius, *vel* Ænetius, *vide*, Iacobus.
De Angelica, & humana Hierarchia Hieronymi Columbi libri octo, vbi sacratiores, & magis arduæ in hoc genere ad rem Christianam spectantes quæstiones elucidantur.
S. Angeli Custodis Officium parvum. *vide*, Officium parvum.
Angelici Doctoris D. Thomæ Aquinatis Sententia de prima Hominis institutione, Authore F. Thoma Leonardi Mosætraiectino.
Angelius Vuerdenhagen. *vide*, Io. Angelij.
Angelo-Cratoris Scholæ Stadensis. *vide*, Danielis.
Angelo Gabriello Anguisciola. *vide*, Medaglia.
De Angelo Melanchthonis. *vide*, Commentarius.
Angelus Maria Verricellus. *vide*, Quæstiones Morales.
Angelus Odonus.
Angelus Vulpes à Monte piloso. *vide*, Sacræ Theologiæ Summa.
Anglicana Apologia. *vide*, Apologia.
Anglicana Confessio.
Anglicanæ Ecclesiæ defensio. *vide*, Defensio.
Anglica Historia. *vide*, Historia.
Angliæ Senatus, & Populi sententia *vide* Illustrissimi & Potentissimi.
Anguisciola. *vide*, Medaglia.
*L'*Anima di Ferrante Pallavicino.
Animadversiones in Libellum famosum. *vide*, Thomæ Angli ex Albijs.
Quod Animal vniversum ab vnica animæ, &c. *vide*, Bernardini Telesij.
Animæ Hortulus. *vide*, Hortulus.
De Animę humanę immortalitate & Beatitudine. *vide*, Ioannis Micrælij.
Animæ Medicina. *vide*, Medicina Animæ.
Animę rationalis immortalitas simul cum ipsius propagatione ex semine ab Antonio Roccio.
De Animæ vnione cum Deo, *vide*, F. Bartholomæi de Castello.
In Annales Baronij. *vide*, Isaaci Casauboni.
Annales Gentis Silesiæ, Ioachimo Cureo Auctore.
Annales Helmoldi, *Vide*, Chronica Slavorum.
Annales, & Historiæ de rebus belgicis. *Vide*, Hugonis Grotij.
Annales Minorum Capuccinorum, Auctore P. Zacharia Boverio.
Annales ijdem in linguam Italicam versi à P. F. Benedicto Sanbenedicto donec corrigantur, correcti verò iuxta decre-

Apologe-

De Apo-

B

Bannes. *vide*, Robertus.
Baptista Lasdemius.
Baptista. *vide*, Ioannes Baptista.
Baptistæ Cremensis Opera omnia, quamdiù emendata non prodierint.
Baptizandi ordo iuxta ritum, &c. *vide*, Ordo Baptizandi.
Baratotti. *vide*, la Semplicità ingannata.
De Barbarorum persecutione.
Barbæ liber de secretis naturę. *vide*, Pompeij Barbæ.
Barbosa Lusitanus. *vide*, Collectanea, Declarationes, Remissiones.
Barclai Opera. *vide*, Gulielmi, Io. Barclai.
Barkam. *vide*, Defensio Ecclesiæ Anglicanæ.
Barlouve. *vide*, Gulielmus.
Baret. *vide*, Guglielmi.
Barlaami Monachi de Principatu Papæ, Ioanne Luydo Interprete.
Barlandus. *vide*, Hadriani Barlandi.
Baro Herbert de Cherbury. *vide*, de Veritate prout distinguitur, *&c*.
In Baronij Annales. *vide*, Isaaci Casauboni.
Baronij vindicata veritas. *vide*, Francisci Baronij.
Baronum, & Nobilium Bohemiæ confessio. *vide*, Confessio Fidei.
De Basro. *vide*, Ioannes.
Bartholdus. *vide*, Hallerus.
Bartholomęi Agricolę de ætate ineuntiũ Officia, liber Politico-Historicus.
Eiusdem alter liber inscriptus, Symbolum Pythagoricum, *sive* de Iustitia in forum reducenda Prodromus, *seu* Liber I.
Bartholomęi Alechthrochorę dissertatio theorico-practica, de Nobilissima, & frequentissima Haereticarum materia.
Bartholomæi Cansæ Opera omnia.
Bartholomæi Caranzæ Mirandensis Catechismus.
F. Bartholomęi de Castello, liber de Vnione animæ cum Deo, qui olim damnatus, denuò prodijt ementito nomine F. Bartholomæi de Castello Ordinis Capuccinorum cum eisdem erroribus.
Bartholomæi Coelitis Anastasis, Chiromantiæ & Physionomiæ.
Bartholomæi Ferrariensis de Christo Iesu absondito libri sex.
Bartholomæi Ianoes de adventu Antichristi.
Bartholomæi Kerkermanni Dantiscani Gymnasium Logicum.
Bartholomæi Milleroe *Opusculum Gallicè conscriptum* de communibus delictis, & privilegiatis casibus, in quibus sæculares Iudices legitimam habent potestatem in Ecclesiasticos.
Bartholomæus Bernardi.
Bartholomæus Bernardus Cimbergensis.
Bartholomæus Conformi. Schroeckh IV 78
Bartholomæus Fontius. S. 220
Bartholomæus Gernhard.
Bartholomæus Hofmanni.
Bartholomæus Muscolus. *vide*, Conclusionum Civilium.
Bartholomæus Resend. *vide*, Acta conferentiæ.
Bartholomæus Rosinus.
Bartholomæus Traheron.
Bartholomæus Tremelius Gothenus.
Bartholomæus Westhemerus.
Basile de Rouën. *vide*, Declaration de François Clouët.
Basilea sepulta, retecta, continuata. Hoc est tàm Vrbis quàm agri Basileensis Monumenta Sepulchralia.
Basileæ disputata themata. *vide*, Themata 114.
Basileæ Ministrorum responsio. *vide*, Christiana responsio.
Basileensis Concilij Constitutio, *vide*, Libellus Apostolorum.
Pro Basileensi Concilio consilium. *vide*, Consilium.
Basileensis Ecclesiæ cur missam, *&c*.
Basileensium Ministrorum Responsio contra Missam.
S. Basilij Magni cucullari effigies, cum habitu prorsus Benedictino.
Basilij Moneti Tractatus duo I. de Matrimonio, II. de Clandestinis conjugijs.
ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΔΩΡΟΝ Basilicon Doron, sive Regia institutio. *vide*, Iacobi Primi *&c*.
Basilius Faber Soranus.
Basilius Groeningensis, aliàs Wesselus.
Basilius Ioannes Herolel Aeropolita.
Bassanus. *vide*, Hieronymus.
Bastingius. *vide*, Hieremias.
De Batavorum iure. *vide*, Mare liberum.
Batthenheimer. *vide*, Georgius.
De Baucio. *vide*, Praxis Confessariorum.
Baudij Orationes. *vide*, Dominici.
Baunius Mosomensis. *vide*, Stephani Baunij.
Baus. *vide*, Robertus.
Beati Rhenani Epistola de primatu Petri vbicunque reperiatur, sive seorsum, sive libro decimo operis ad Fridericum Nauseam.

Eiusdem

Bipartita

Epist. ad Titum; *nisi corrigantur.*
Claudij Rangolij Ordinis Minimorum Commentaria in libros Regum.
Claudij Salmasij Opera.
Claudius Senarclænus.
Claudius Taurinensis, *qui scripsit de Imaginibus.*
Claveus, *Vide*, Defensio, & declaratio.
De Clavibus Ecclesiæ. *Vide*, Epistola Ministri cuiusdam.
Clavicula Salomonis. *Vide etiam*, Libri decem annulorum.
Clavis Scripturæ. *Vide*, Thesautus Philologicus.
Clauserius. vel Clauserus *Vide*, Conradus. Ludovici *seu* Laonici.
Cleberus: *Vide*, Eusebius.
Clebitius. *vide*, Wilhielmus.
Clemangis opera. *vide*, Nicolai Clemangis.
Clemens Marot.
Clemens Ottardus. *Vide*, Preces devotissimæ.
Clemens Schuberus.
Clementis VIII. Ferrariam petentis, & Ingredientis Apparatus.
Clementis Scotti. *Vide*, Iulij Clementis.
Clementis Scuberti liber de Scrupulis Chronologorum; *nisi corrigatur.*
Clementius Gulhielmus.
Cleri, & Catholicorum Valtellinesi, *seu* sub tali titulo libellus quidam sic inscriptus. Alla Santità di N. Sign. Papa Gregorio XV. &c. *tam impressus quàm manuscriptus.*
Cleri & Militis Colloquium.
Clerici & Militis disputatio. *Vide*, Disputatio.
De Clericis peregrinantibus. *Vide*, Ioannis Zanzeri.
De Clericorum Exemptione, *vide*, Henningi Arnisei.
Clinch, *vel* Klinch. *vide*, Melchior.
Clingij Opera. *vide*, Conradi.
Clorus. *vide*, Firmanus.
Cludij Commentarius. *vide*, Andreæ Cludij.
Clueri Opera. *vide*, Ioannis Clueri.
Clusius. *vide*, de Iure offerendi.
Clutherus. *vide*, Ioachimi Clutheri.
Clypeus Concionatorum Ferdinandi de Escalant non permittatur, præterquam correctis, & emendatis quæ habet cap. vlt. lib. 6. quæ fuerunt notata, & censurata per Iacobum Gretserum in sua admonitione ad Exteros de Biblijs Tigurinis.
Clypeus Piorum Catholicorum. *Vide*, Thomæ Elisij.
Coccai Merlini Poëtæ, *vide*, Maccaronicum opus.
Coch, *seu* Cocus. *vide*, Iodocus. Ionas, *vel* Iustus Ionas.
Coclæi & Lutheri Colloquium.
Coclitis Anastasis Chiromantiæ. *vide*, Bartholomæi Coclitis.
Codex Canonum Ecclesiæ. *vide*, Christophori Iustelli.
In Codicem Commentaria. *vide*, Ernesti Cothmanni. Francisci de Amaya. Andreæ Cludij. Seotanus Redivivus. Paratitla.
Codicis legum Sicularum libri quatuor, à totidem Siciliæ, & Aragoniæ Regibus latarum; *cum* glossis, *seu* notis Iuridico-Politicis. Marij Cutellij Catinensis.
Codman, *vide*, Laurentius.
Codognat. *vide*, Ioanni Maldonato.
Codonius. *vide*, Georgius.
Cœburnus *vide*, Patritius.
Cœlius. *vide*, Michaël.
Cœltanius. *vide*, Nicolaus.
De Cœlo disputatio. *vide*, Cæsaris Cremonini.
Cœlum Orientis, & prisci Mundi Triade exercitationum litterariarum repræsentatum curisque Thomæ Bangi investigatum.
De Cœna Domini. *vide etiam* Epistola Christiana. Heidelbergensis Theolog. Scripta eruditorum. Sententiæ Sanctorum Patrum. Synctama Clarissimorum. Petri Piccharelli.
Cœremoniale Ecclesiasticum. *vide*, Rituale.
Cogeletus. *vel* Khugelerus. *vide*, Ioannes.
Cogelius. *vide*, Carieus.
Cognati Fabulæ. *vide*, Fabulæ.
Cognatus Nozerenus. *vide*, Gilbertus.
De Cognitione falsa, & vera vnius Dei Patris, &c. *vide*, Libri duo.
De Cognitione per viam violentiæ. *vide*, Hieronymi Zevallos.
Colen de certitudine gratiæ. *Vide*, Iuliani Colen.
Colerus. *Vide*, Matthæus.
Collado. *vide*, Nicolaus.
Collatino di Bretel. *Vide*, Mistico parlamento d'Appollo.
Collatio Anni. *vide*, Ioannis Lalamantij.

De Con-

corbeau

Duo Libri sequentes extra seriem ponuntur, quia impresso iam folio eorum publicata est confictio.

D

Duni-

Epistola

F

cumque lingua impressi, *donec corrigantur.*

Flores Historiarum, *per* Matthæum Westmonasteriensem editi anno 1573. Londini. *nisi emendentur.*

Flores Historiarum selectissimarum Sententiarum, aliarumque Rerum Memorabilium M. Stefani Ritheri.

Flores Romani. } *vbicumque & quacumque Lingua impressi, donec corrigantur.*
Flores Sanctorum.
Flores Virtutum.

Flori Sanese. *Vide*, Il Theofilo.

Florilegium Insulæ Sanctorum, *seu* vitæ, & acta Sanctorum Hiberniæ collegit, & publicavit Thomas Messinghamus, *donec corrigatur.*

F orus. *vide*, Nicolaus.

Flosculus Sanctornm. *vide*, Petri Fetnand z.

Flud. *vide*, Roberti Flud.

De Fœderum iure. *vide*, Christophori Besoldi.

Fœlich Coloniensis. *Vide*, Notæ sexaginta quatuor.

Contra Fœminarum Regimen liber.

De la Foy, & Constance de deux Martirs, &c. *Vide*, Lettres des Fideles.

Folengius. *Vide*, Io. Baptistæ Folengij.

Folia quædam impressa anno 1657. *quorum titulus est*, Tredecim Theologorum ad examinandas quinque propositiones ab Innocentio X. selectorum suffragia, *seu*, vt appellant vota, Summo Pontifici scripto tradita.

Folia quædam ad favorem Damiani Caccini Monachi Vallumbrosani contra Generalem Vallisumbrosæ, *quorum initia sunt.* Calculo da rappresentarsi *&c.* Epistola, *qua incipit.* L'invidia, che teme il potere de'Grandi. Nella Causa. Per esser notiria. Iusta, & vera defensio Damiani Caccini facta à F. Sebastiano Torrelario. Per intelligenza di questo fatto. Vallumbrosasi defensionis. Attestationi, e fedi fatte, Vallumbrosasi gravaminis. .

Folium *idiomate gallico conscriptum* de comparatione Evangelij Papæ. & Christi, circa remissionem peccatornm, & consecutionem vitæ æternæ.

Folium *sub falso Sacræ Indicis Congregationis nomine editum.* Vide, *De Vita & Moribus.*

Follerus. *vide*, Miscellaneorum Theologicorum.

Fons Vitæ *vbicumque*, *& quacumque lingua impressus.* donec corrigatur.

Fontius. *Vide*, Bartholomæus.

Forenses Actiones. *Vide*, Ludovici Servini.

Forma orandi in Anglorum Ecclesia. *Vide*, Ratio & forma publicè orandi.

Forma dell' orationi Ecclesiastiche, & il modo di amministrare i Sacramenti, e celebrare il Sante matrimonio, *Auctor creditur esse* Calvinus.

Formario, & exclusio infrunitæ Monarchiæ Papalis. *Auctore* Daniele Lipstorpio.

Formula Missæ Wittembergensis.

Formulæ Precum, seu agenda, aut officia hæreticorum omnia, *quacumque lingua conscripta.*

Formulario per instituire i fancinlli, &c. *vide*, Catechismo, cioè Formulario.

De Foro competente Ecclesiastico. *Vide*, Dissertario iuridica.

Forsterius. *vide*, Ioannis Valentini.

Fortunatus Crellius.

Fortunatus Sprecherus. *vide*, Pallas Rhætica.

Foscarino. *vide*, Lettera del M. R. P. Paolo Antonio.

Foxus. *Vide*, Ioannes.

Fragments tirés d'vn traicté du Docteur. *Vide*, Brief Traicté.

Francesco Antonio Sarto. *Vide*, Glorioso Trionfo.

Francesco Guicciardini. *vide*, Francisci Guicciardini. Historia d'Italia.

Di S. Francesco di Paola Lettere. *Vide*, Centuria di Lettere.

Francesco Pettarca. *Vide*, Alcuni importanti luoghi.

Francesco Prati. *vide*, Annisi di Parnaso.

Francesco Sansovino. *Vide*, Historia d'Italia.

Francesco Velli Napolitano. *vide*, Difesa.

Francfordiensis plebis articuli quadraginta septem.

Franchinus. *vide*, Francisci Franchini.

Franeicarum Originum libri sex *vide*, Ioannis Isaacij Pontani.

Franci Carmina. *vide*, Nicolai Franci.

Franciscanorum Alchoranus.

Francisci de Amaia Antiquariensis Hispani in tres posteriores libros Codicis Imperatoris Iustiniani Commentarij Tomus primus, *donec corrigatur.*

Francisci Ansaldi è Sancto Miniato de Iurisdictione Tractatus, *donec corrigatur.*

Francisci Balduini I.C. Constantinus Magnus, *sive* de Constantini Imperaroris legibus

G

Garnerus.

ou Molina, & ses disciples convaincus de l'erreur des Pelagiens, & des Semipelagiens.

Grammaticæ, & aliarum Artium institutiones, *nisi repurgentur*.

Grammaticus Thesaurus. *vide*, Lexicon Buxtorfij.

La Grandeur de l'Eglise Romaine Establie sur l'autoritè de S.Pierre,& de S.Paul.

Grand Villers. *Vide*, Dissertatio Iuridica inauguralis.

P. Grassico. *Vide*,Lettere di S.Antonio.

De Gratia Ægro oppresso collata,&c. *Vide*, Anonymi opusculum.

De Gratia & annexis quæstionibus. *Vide*, Synopsis.Gratia Dei de Monte Sancto.

De Gratia & libero Arbitrio. *Vide*, Theses. Sanctorum Patrum.

De Gratia, & libero eius velociq; cursu.

De Gratia sufficienti, & efficaci.*Vide*,Vera S. Thomæ.

De Gratiæ Dei Certitudine. *Vide*, Iuliani Colen.Martini Eisengrenij.

Gratiani Disceptationes. *Vide*,In Stephani Gratiani.

Gratianus Antilesuita: id est Canonum ex scriptis Auctorum Theologorum à Gratiano in illud volumen,quod decretum appellatur collectorum, & doctrinæ Iesuiticæ,*&c*. Collatio.

Gratianus Verus.

Grattarolæ opera.

Gravamina centum.

Gravissimæ quæstionis Christianarum Ecclesiarum in Occidentis præsertim partibus ab Apostolicis temporibus ad nostram vsque ætatem continua successione status,historica explicatio. Auctore Iacobo Vsserio,*&c*.

Græneus. *Vide*, Appellatio Thomæ Prestoni.

Grebellius Ligurinus. *vide*, Conradus Gibelus.

Græcæ linguæ Thesaurus. *Vide*,Thesaurus.

Græciæ Historia. *Vide*,Historia Græciæ.

Græco-latinum Lexicon. *Vide*, Ioannis Scapulæ.

Græcorum Apologia de igne Purgatorij. *Vide*,Apologia.

De Græcorum Iurisdictione. *Vide*, Ioachimi Stephani.

Græcum Lexicon novum, *impressum* Genevæ.

Grædicæus, *vel* Gædicens. *Vide*,Simon.

Gregorianum Kalendarium.*Vide*, Kalendarium.

Gregorij Hieromonachi Chij Protosyncelli Synopsis dogmatum Ecclesiasticorum Vernaculo Græcorum idiomate.

In Gregorij Quarti decimi Constitutionem commentaria. *vide*, Petri Gambacurtæ.

Gregorij Richterij Gorlitzij Opera. *vide etiam* Editio nova Axiomatum.

Gregorij Septimi Historia. *Vide*,Chronica Slavorum.

Gregorius Bruk.

Gregorius Caselius.

Gregorius Gallicanus. *Vide*,Matiale.

Gregorius Giraldus. *Non ille Ferrariensis, qui dicitur Lilius*.

Gregorius de Laude, aliàs de Lauro. *Vide*, Mirabilium.

Gregorius Pauli.

Gregorius Perlitius.

Gregorius Vuerser.

Grellus. *Vide*,Ioannes.

Gresserus. *Vide*,Valentinus.

Grerrerus. *Vide*,Gaspar.

Griffin. *Vide*,Ioannes.

Grimoaldus. *Vide*,Nicolaus.

Grinæus. *Vide*,Simon.

Grindalus Anglus.

Griphij Precationes Dominicæ.

Groderus. *Vide*,Nicolai.

Groeningensis. *Vide*,Basilius.

Grotius. *Vide*,Hugonis Grotij.

Grumpek. *vide*, Iosephus.

Gruncher. *Vide*,Vincentius.

Grynæus. *Vide*, Iacobus. Ioannes Iacobus, Simon Georgius.

Gryphius. *Vide*, Otho. Orationes Dominicales.

Gualrerius Ligurinus.

Guarino. *vide*, Verità, e Religione.

Della Guerra delle diecisette Provincie. *vide*,Lettera di Gio.Aventrot.

Le Guerre libre; traictè auquel est decidèe la Question, *s'il est loisible de porter les Armes au service d'vn Prince de diverse Religion*.

De Guevara. *vide*,Iuzio de Salomon.

Guicciardinus. *Vide*, Francisci Guicciardini.

In Guidonis Panciroli librum Annotationes. *vide*,Henrici Salmuc.

Guid' Vbaldo Benamati. *vide*, Prencipe Nigela.

Gulielmi Amesij Philosophemata.

Gulielmi Barclai I. C. de Potestate Papæ, *an* quatenus in Reges, & Principes sæculares ius, & imperium habeat, liber

Post-

Hermannus Italus.
Hermannus Kiſſuvick.
Hermannus Luſcus.
Hermannus Meyſer de præferentiis Creditorum.
Hermannus Pacificus.
Hermannus Ravenſpergerus. *Vide*, Via Veritatis, & Pacis.
Hermannus Romſuuinkell. *Vide*, Alphabetus veræ, vivæ, *&c.*
De Hermere Triſmegiſto. *Vide*, Ioannis Vrſini.
Hermeris Magi libri ad Ariſtotelem.
Herold. *vide*, Ioannes.
Herolel. *vide*, Baſilius Ioannes.
Herphordienſe Colloquium.
Hersbachius. *vide*, Conradus.
Herrabergenſis. *Vide*, Andreas Otho. Ioannes Claius.
Hervargius. *Vide*, Ioannes.
Herzberg. *Vide*, Ioannes.
Heſenerus. *Vide*, Valentinus.
Heſenus. *Vide*, Wilhielmus.
Heshuſius. *Vide*, Marcus Tilemannus.
Heſſiander. *Vide*, Chriſtianus.
Heſſus. *Vide*, Eobanus. Helias, *vel* Helius. Hermannus. Ioannes. Simon. Chriſtianus Lotichius. De Militia politica.
Heſter Hiſtoria. *Vide*, Anſaldi Cebà.
Heſtzer. *Vide*, Ludovicus.
Hetzerus.
Heures à la Ianſeniſte. *vide*, Calendrier.
Heurnius. *vide*, De Legatione Evangelica.
Heyden. *vide*, Sebaldus.
Hiebmaier. *vide*, Baltaſſar.
De Hierarchia, & Hierarchis lib. 9. à Ludouico Cellotio Pariſino, *donec corrigantur.*
Hierarchia Hieronymi Columbi. *vide*, De Angelica, & humana Hierarchia.
De la Hierarchie d'Icelle. *vide*, De la Primauté.
Hieremias. *vide*, Ieremias.
Hieron. *vide*, Gulielmus.
Hieronymi, & Auguſtini Theologia.
Hieronymi Gebuileri liber de Sacrilegio. *Item*, Exhortatio ad Sacram Communionem.
Hieronymi Henninges Theatrum Genealogicum.
Hieronymi Meſſi Diſcurſus, Proverbia, & Prognoſtica.
Hieronymi Savanarolæ Ferrarienſis Sermones, *qui olim in Romano Indice prohibiti fuere, non legantur, donec iuxtà Cenſuras Patrum deputatorum emendati prodeant: Et ſunt hi,*
In Exodum Sermo primus, *incipiens*, Domine qnid multiplicati ſunt, *&c.*
Sermo ſecundus, *incipiens*, Eſſendo, noi, *&c.*
Sermo tertius *ſuper*, In exitu Iſraël, *&c.*
Sermo ſextus *in illud*, Quantò magis opprimebat eos, *&c.*
Sermo decimus *in illud*, Clamor ergo filiorum Iſraël.
Sermo duodecimus *in illud*, Reſpondens Moyſes ait, *&c.*
Sermo vigeſimus *in illud* Pſalmi, Palpebræ eius interrogant filios hominum, *&c.*
Exhortatio habita ad Populum, *incipiens*, havendoſi à fare, *&c.*
Inter Conciones per totum annum Concio ſeptima ſuper Ruth. *cuius initium eſt*, Il Lume naturale della ragione, *&c.*
Inter Conciones ſuper Amos. & Zacariam Concio duodecima *in illud*, Audite verbum hoc vaccæ pingues, *&c.*
In Iob, concio decimaquarta *incipiens*, Beatus vir qui corripitur à Domino, *&c.*
In Ezechielē ſermo vigeſimus primus *in illud*, Dixit Dominus, audite me, tranſite per mediam Civitatem, *&c.*
Sermo trigeſimus ſecundus *in illud*, Et poſt omnes abominationes tuas, *&c.*
Sermo quadrageſimus primus *in illud*, Et factus eſt ſermo Domini ad me, *&c.*
Concio tertia in octava Epiphaniæ, *incipiens*, Ecce Gladius Domini, *&c.*
Liber *inſcriptus* Dialogo della Verità, *&c.*
Hieronymi Schruph Conſiliorum, *ſeu* Reſponſorum Iuris *Centuria prima.*
Hieronymi Serræ Lutheranorum Serrę in ſervum Arbitrium liber, *donec corrigatur.*
Hieronymi Treuthleri à Kroſcuuitz, *necnon* Andreæ Schopfij Conſiliorum, *ſive* Reſponſorum *volumina duo.*
Eiuſdem ſelectatum Diſputationum ad Ius Civile Iuſtinianæū. *Volumina duo.*
Hieronymi Vecchietti, de Anno primitivo ab Exordio mundi ad annum Iuliani accommodatum, *&* de Sacrorum Temporum ratione libri octo.
Hieronymi Zevallos Speculi aurei Cōmunium contra Cōmunes, *Tomus quartus.*
Eiuſdem tractatus de Cognitione per viam Violentiæ in cauſis Eccleſiaſticis, & inter perſonas Eccleſiaſticas.

Hierony-

Ioannes

Eiusdem Miscellanea Iuris, *donec corrigatur.*

Ioannis Cuspiniani liber inscriptus, Imperatorum, & Cæsarum Vitæ; cum imaginibus ad vivam effigiem expressis, *donec corrigatur.*

Ioannis Drusij Opera, *donec emendentur.*

In S. Io. Epistolam Commentaria. *vide,* Ioannis Baptistæ Folengij.

Ioannis Fabritij Montani Poëmatũ liber.

Ioannis Feri opera omnia, donec emendentur. Excipiuntur tamen Annotationes, & Commentaria in S. Matthæi, & S. Ioannis Evangelia, ac in eiusdem S. Ioannis Epistolam primam Romæ, recognitæ & impressæ.

Ioannis Forsterij Dictionarium Hebraicum, *nisi corrigatur.*

Ioannis Francisci Spinæ de Mundi Catastrophe, hoc est de maxima rerum mundanarũ revolutione post annũ 1623.

Ioannis Freinshemij Orationes, cum quibusdam declarationibus.

Ioannis Georgij Dorschei Argentoratensis Thomas Aquinas dictus Doctor Angelicus exhibitus. Confessor veritatis Evangelicæ Augustana Confessione repertæ, *&c.*

Ioannis Gregorij Godelmani *Auctoris iam damnati iterum prohibetur* liber de Magis, Veneficis, & Lamijs.

Ioannis Gerrophij Recriminatio *adversus* Eduardum Leum Anglum.

Ioannis Harprechti Professoris in Academia Tubingensi tractatus criminalis complectens planam, & perspicuam aliquot titulorum lib. 4. in Instit. D. Iustin. Imp. Explicationem.

Ioannis Henrici Alstedij Systema Mnemodicum.

Eiusdẽ Encyclopedia omnium scientiarũ.

Ioannis Henrici Bisterfeldij Nassovij Philosophiæ in Schola Albensi Professoris de vno Deo Patre, Filio, ac Spiritu Sancto Mysterium pietatis contra Ioannis Crellij Franci de vno Deo Patre libros duos breviter defensum.

Ioannis Henrici Vrsini de Zoroastre Bactriano; Hermete Trismegisto, Sanchoniatone Phœnicio, eorumque Scriptis contra Mosaicæ Scripturæ antiquitatem exercitationes familiares.

Ioãnis Hootnbeek Sacrarum Litterarũ, *&c.*

Examen Bullæ Papalis, qua Papa Innocentius X. abrogare nititur pacem Germaniæ.

Index Prohibit. Romanus.

Eiusdem Scholia in Bullas Papę Vrbani de Iesuiticis, de Imaginibus, de Festis; quibus addita est Bulla Papæ Clemẽtis, qua mandat Angelis Paradisi.

Ioannis Husselmanni de Ministro Consecrationis, & Ordinationis Sacerdotalis.

Ioannis Iacobi Wecherij Basileensis liber de Secretis.

Ioannis Iacobi Wisembachij Nassovij I. C. in libros quatuor priores Codicis D. Iustiniani repetitæ prælectionis, Commentationes Cathedrariæ.

Ioannis Ionstonij historia civilis, & Ecclesiastica.

Eiusdem naturæ Constantia.

Eiusdem Thaumarographia naturalis.

Eiusdem de Festis Hebræorum, & Græcorum Schediasma.

Ioannis Isaaci Pontani Originum Francicarum libri sex. *vide etiam* Rerum, & Vrbis Amstelodamensium.

Ioannis Keppleri Epitome Astronomiæ Copernicanæ.

Ioannis Lalamantij Medici exterarum fere omnium, & præcipuarum Gentiũ Anni ratio, & cum Romano collatiõ, *nisi corrigatur.*

Ioannis Launoi Inquisitio in Privilegia Præmonstratensis Ordinis.

Eiusdem Censura responsionis.

Ioannis Lubicensis de Antichristi Adventu, & de Messia Iudæorum.

Ioannis Mahusij Aldernanden Epitome Annotationum Erasmi in Novum Testamentum, *nisi corrigantur.*

Ioannis Matiæ Velmatij Christeidos.

Ioannis Marianæ tractatus septem, *donec corrigantur.*

Eiusdem *tractatus inscriptus,* Discorso del P. Giovanni Mariana Giesuita Spagnuolo intorno a i grandi errori, che sono nella forma del Governo de Giesuiti, *omnino prohibetur.*

Ioannis Markievicz Canonici Warmiensis Poloni Opuscula sequentia.

Scandalum expurgatum in laud m instituti Societatis Iesu.

Speculum zeli à pessimis ad exemplar Malitiæ, *&c.* elucubratum, & sub nomine ficti cuiusdã Adami Niefielski, *&c.* Ioanni Marchievicz, *&c.* oblatũ, ab eodẽ contemplatũ, censuratũ & tanquã pestiferũ, & scandalosum refutatũ.

Ioannis Marquardi de iure Mercatorum, & Commerciorum singulari libri quatuor, *donec corrigantur.*

K

Moiba-

Neogeor-

Praſcheni, *ſiue* præparatio pacificationis Controverſiarum, quæ exortæ ſtatim poſt milleſimum à Chriſto annum in immenſum his ſexcentis elapſis annis excreverunt. *Per* Ioannem Gordonium Huntleoſcotum.

Prati. *Vide*, Auviſi di Parnaſo.

Prattica per aiutare à ben Morire anco per quelli, che ſolo ſanno leggere, e per imparare à ben Vivere, *&c.* Compoſta da Gio. Battiſta di Vilela.

Prattica de Caſi di Conſcienza, *overo* Specchio de Confeſſori del R. P. F. Nicodemo di Firenze Minore Oſſervante di S. Franceſco; *donec corrigatur.*

Prattiche Spirituali del P. Luigi Sidereo. *vide*, Camino del Cielo.

In Praxim Beneficiorum Eccleſiaſticorũ introductio. *vide*, *Antonij Fabritij.*

Praxis Confeſſariorum, tractatus magno pere neceſſarius ad munus Confeſſarij; *Auctore* Carolo Baucio, *donec corrigatur.*

Praxis Criminalis. *Vide*, Iodoci Damhauderi.

Praxis Epiſcopalis. *Vide*, Thomæ Zerolæ.

Praxis Logica. *Vide*, Ioannis Scholij.

Praxis, & Taxa Officinæ Pœnitentiariæ Papæ, *ab Hæreticis depravata.*

Precationes Bibliæ.

Precationes Chriſtianæ ad imitationem Pſalmorum.

Precationes Dominicæ Gryphij. *Vide, etiam*, Dominicæ Precationis.

Precationes novæ. *vide*, Novæ Precationes.

Precationes piæ pro formandis Conſcientijs. *vide*, Meditationes, & Precationes.

Precationes Pſalmorum, *per* Ioannem Homburgium latinitate donatæ.

Precationum aliquot, & piarum Meditationum Enchiridion: *vide etiam* Enchiridion.

Precatiunculæ, Græcè impreſſæ *cum* Latina verſione, *Vide*, Oratio Dominica.

Precedenze all' Apologia della Confeſſione Wirtembergenſe.

Preces devotiſſimæ ad Beatiſſimam Virginem, *&c.* à F. Clemente Ottardo Ordinis Heremitarum S. Auguſtini, *&c.*

Precum formulæ. *vide*, Formulæ precum. Agendæ, *ſeu* Formulæ.

Predica di Marc' Antonio de Dominis. *vide*, Marci Antonij de Dominis.

Prediche due Cattoliche. *Vide*, Due Prediche.

Premiere Lettre. *Vide*, Epiſtolæ decem & octo.

Prencipe Hermafrodito. *Vide*, Ferrantis Pallavicini.

Il Prencipe Nigello di Guid' Vbaldo Benamati.

Delli Preti, *e* delle Monache Matrimonio. *Vide*, Matrimonio.

Preuves des Libertez de l'Egliſe Gallicane.

Priapeia, quæ vna cum Virgilio circumferri ſolent.

Priere pour demander à Dieu la grace d'vne veritable & parfaite Cõverſion.

La Prigionia del Cavalier Marino. *vide*, Ioannis Baptiſtæ Marini.

De prima Philoſophia. *vide*, Renati des Cartes.

De Primatu Petri. *vide*, Beati Rhenani.

De la Primantè en l'Egliſe, *ou* de la Hierarchie d'icelle, *Par* François Veron Lecteur & predicateur du Roy pour les Controverſes.

De primitivo anno. *vide*, Hieronymi *Vecchietti.*

Primus Tuberus Catniolanus.

De Principatu Chriſti. *Vide*, Auguſtini de Roma.

De Principatu inter Provincias Europæ, &c. *vide*, Friderici Achillis.

De Principatu Papæ. *vide*, Barlaami *Monachi.*

De Principatu rectè adminiſtrando. *Vide*, Commentariorum de Regno.

Pro Principibus Catholicis Vindiciæ. *Vide*, Ioannis Barclai.

Principis Inſtitutio.

Principis, & Magiſtratus Enchiridion, *Vide*, Enchiridion.

De Principis in Populos poteſtate. *Vide*, Vindiciæ contra Tyrannos. De poteſtate principum.

De Principum Iure. *Vide*, Rogerij Widdinghtonij.

De principum, *(quibus electio Imperatoris in Germania cõmendata eſt)* Origine, *ſeu* Inſtitutione, Liber vnus Simonis Schardij.

De Principum Sæcularium Dominio, *vel* poteſtate. *vide*, Guglielmi Baret. Viridarij Somnium. Diſputatio inter Clericum, & Militem.

Priſbachius. *vide*, Wolphangus.

De priſca, & recenti Immunitate Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum Libertate, generales Controverſiæ in duos libros diſtinctæ, *&c.* Auctore Mario Curellio Villæ Roſatæ Comite, *&c.*

Privile-

Q

Quatuor

Reinerius

Rutgerius.

De Salutis nostræ certitudine. *Vide*, Iuliani Colen.
De Salzedo. *vide*, De Lege politica.
Samosatensis Dialogi. *vide*, Luciani Samosatensis.
Samuel Fiscer.
Samuel Hebelus.
Samuel Nevvheuser.
Samuel Radr-Spinner.
Samuelis Maresij Apologia Novissima pro Sancto Augustino, Iansenio, & Iansenistis, *contra* Pontificem, & Iesuitas.
Eiusdem Synopsis Veræ, Catholicæque Doctrinæ de Gratia, & annexis quæstionibus.
Sanbenedictus. *Vide*, Annales Minorum.
Sanchez. *vide*, Thomæ Sanchez. Ioannis Sanchez.
De Sanchoniatone Phœnicio. *Vide*, Ioannis Henrici Vrsini.
Sanctæ Inquisitionis Hispanicæ artes.
Sanctificatio Sancti Ioseph Sponsi Virginis, Nutritij Iesu, in Vtero Asserta, *&c.* Auctore Petro Marchant.
De Sanctimonia, bonis Operibus, &c. *vide*, Miscella Theologica.
Sãctis Pagnini Thesaurus linguæ Hebraïcæ. *Vide*, Thesaurus Linguæ Hebraïcæ.
Sanctissimæ Deiparæ laudes, centum, & quinquaginta Psalmorum Davidis prima verba exponentes.
Sanctissimo Domino Nostro Vrbano Papæ Octavo. *Vide*, Ioannis Baptistæ Pozæ.
Sanctorum Flores, *donec corrigantur.*
Sanctorum Flosculus. *vide*, Petri Fernandes.
Sanctorum Imagines sculptæ, *aut* pictæ cum alio habitu, *&c.* *Vide*, Imagines Domini nostri Iesu Christi.
Sanctorum Patrum Bibliotheca. *vide*, Bibliotheca.
Sanctorum Patrum de Gratia Christi, & Libero arbitrio dimicantium Trias, Augustinus Hipponẽsis, Prosper Aquitanicus, Fulgentius Ruspensis *adversus* Pelagium, Cassianum, & Faustum. *Collectore* Paulo Erynaco Gratianopolitano Theologo; *Suspenditur donec corrigatur, notanter quantum ad Titulos Capitum, ac Indices.*
Sanctorum Patrum Meditationes, quibus Dominicæ passionis mysterium explicatur, *atque* historia de Passione Christi expenditur.
Sanctorum Patrum Sententiæ de Cœna Domini.
Sanctorum Patrum Synodus. *Vide*, Synodus Sanctorum Patrum.
Cõt. Sanctos Zeylleysten.
Sandes Vigorniensis Pseudo-Episcopus.
De Sanguine Christi. *vide*, Bertrami liber.
De Sanguinis Missione in Vulneribus, Disceptatio Apologetica Horatij Vaccherij.
De Sanitate tuenda. *vide*, Kalzij liber.
Sanson. *Vide*, Riccardus.
Il Sansone. *vide*, Ferrantis Pallavicini.
Sansovino. *Vide*, Historia d'Italia.
Della Santa Casa di Loreto. *Vide*, Vittorio Brigante.
Santa Croce. *vide*, Segretaria d'Appollo.
Alla Santità di Nostro Signore Papa Gregorio XV. il Clero, e Catholici della Valtellina. *Vide*, Cleri, & Catholicorum Valtelin.
Sapidus. *vide*, Ioannes.
Sapidus Poëta.
De Sapientia. *vide*, Cardani opera.
Sapientia Divina, arte constructa. *Vide*, Divina Sapientia.
De Sapientia libri tres. *Auctore* Petro Charron Parisino I. V. D.
Sapientiæ Ioann. Blanci Examen; in quo Eruditissimi Viri, *peripateticæ, & communis* doctrinæ Apologi, dubia proponuntur, & ab ipso Ioanne Blanco *solvuntur.*
Sapientiæ Socraticæ Amphitheatrum. *vide*, Amphitheatrum.
Saracenus. *Vide*, Enochus.
Saravia. *vide*, Defensio tractationis.
Sarcerius. *vide*, Erasmus. Gulielmus. Vuilhielmus.
Sarnitius. *Vide*, Stanislaus.
Sarpus. *Vide*, Petri Sarpi.
Sarrò. *Vide*, Glorioso Trionfo.
Sartoris, vel Sartorius. *Vide*, Gulielmus. Ioannes. Balthassar. Ioannes Leonardus. Ioannes Thorasius.
Sathanæ Stratagemata.
Satire del Ariosto, e d'altri Autori.
Satyra Menippæa. *vide*, Nescimus quid vesper serus vehat.
Satyricon Euphormionis Lusinini.
Savonarola. *Vide*, Hieronymi Savonarolæ.
Savonen. *Vide*, Hieronymus.
Saxoniæ Illustratę libri novem. *Vide*. Georgij Fabritij.
Saxonica Confessio.
Saxonica Visitatio.
Saxonicæ Visitationis instructio.

Som-

T

De

V

S. Vbaldi

FINIS.



LECTOR BENEVOLE, *Consultum existimavimus hic attexere, coronidis loco,* Bullam Alexandri VII, P. M. *qualis est in limine Editionis superioris Anni, qui est* M, D C, L X I V. *Nam licèt nonnulla contineat, quæ ad illam Editionem, ejusque dispositionem speciatim pertinent, non sufficiebat tamen ea ratio, vt ejus lectione non fruerentur hic Fideles.*

ALEXANDER
PAPA VII.
Ad perpetuam rei Memoriam.



PECVLATORES Domus Israël, quæ est Sancta Dei Ecclesia, inscrutabili Divinæ providentiæ arcano constituti, pastoralem vigilantiam nostram avertendis imminentibus gregi Dominico periculis peculiari studio iugiter adhibemus, ne oves pretioso Salvatoris, & Domini nostri IESV Christi sanguine redemptæ seducantur à via veritatis, sed illam insistentes sub salutaris doctrinæ directione ad æternæ beatitudinis metam fœlici cursu gradiantur. Cùm itaque ad eiusdem Ecclesiæ gubernationem præcipuum sit in ordinandis moribus, & castiganda doctrina momentum; quod ab altero purum fidei lumen existat, ab altero operum rectitudo; Sedes Apostolica præclarè intelligens homines legendo, tam quæ credenda, quàm quæ facienda sunt, optimè discere, magnam in primis in librorum delectu constituendo adhibet, semperque adhibuit diligentiam, quo mali à bonis, noxij ab innoxijs discernerentur, nominatim signatis Auctoribus, & scriptis, à quibus Christi fideles abstinere deberent. Quam in rem Venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales Indici Librorum Prohibitorum, & expurgandorum præpositi non solùm sua sponte, & pro muneris sibi iniuncti ratione, sed etiam speciali mandato nostro attentiùs incumbentes; cùm animadverterint, post Indicem librorum prohibitorum à fel. rec. Clemente PP. VIII. Prædecessore nostro editum juxta formam alterius Indicis, qui Sacrosancti Concilij Tridentini auctoritate prodierat, quamvis multi libri tam à Successoribus prædicti Clementis Romanis Pontificibus, quàm ab eorundem Cardinalium

lium Congregatione prohibiti, illorumque Auctores damnati fuerint, nullum tamen Catalogum ordinatim, atque distinctè Libros Prohibitos, & Auctores damnatos huiusmodi complectentem publica auctoritate fuisse confectum, magnamque proinde in hac materia oriri perplexitatem, quæ in dies maior futura est, nisi opportunè provideatur. Idcirco Nos difficultati inveniendæ hac in re veritatis occurrere cupientes, post maturam, & diligentem deliberationem, cui nonnulli ex præfatis Cardinalibus ad res accuratiùs dispiciendas præpositi fuerunt, decrevimus in primis deveniendum esse ad novi Indicis confectionem, quo non solùm Libri post novissimum Clementis Prædecessoris Indicem prohibiti, aut alias confixi, verùm etiam in Superioribus, quos diximus Catalogis descripti contineantur. Deinde quoad ordinem in disponendis Auctorum, & materiarum nominibus solam litterarum Alphabeti seriem esse deinceps observandam, omissa nunc trina illa in Classes distributione, quæ licet ab initio laudabiliter esset instituta, vsu nihilominus deinde cognitum est, commodiorem adhuc iniri posse in hoc genere rationem, & quæ nullas appendicum adiectiones, multiplices alioquin, & implicatas tractu temporis exituras desideratura sit, remque expediat sine vlla legentium in quærendis Auctoribus molestia, præsertim Bibliopolarum, quibus vt facilis, & explicata sit huius Indicis tractatio publicè in primis interest, ne ipsi errantes multorum errori causam prębeant. Accedit, quod illa Classium distinctio plurimos non modò vulgares, sed etiam eruditos sæpè decipiebat, dum ex earum ordine confixionis gravitatem æstimandam putabant, quasi severius actum semper videatur cum legentibus anteriorum, *quàm posteriorum* Classium Libros, quod tamen secus esse ex ipsa Classium institutione à Concilio Tridentino facta colligi facilè potest, vbi cùm solùm intercedat distinctio inter libros Auctorum vitio, ac demerito, vel perniciosæ doctrinę, errorumque in eis contentorum ratione damnatos, *ac inter præferentes*, aut dissimulantes Auctorem, contingit, vt plerique Libri ignoti Scriptoris, qui Tertiæ Classi assignantur, peiores multo sint, quàm in prima, aut secunda recensiti, cui falsę persuasioni, ne perniciosę in hac materia licentiæ causam præbeat, medendum omnino existimavimus. Quamvis autem vlteriorem Classium distinctionem omitti iusserimus, * hactenùs tamen observatam retinendam censuimus, vt citarentur in cuiusque Libri confixione, vbi opus est, huiusmodi Classes, & Appendices vnà cum Decretis, quibus primùm Libri confixi fuerunt, quò rei ab initio gestę series innotescat. Quam etiam ob causam Indices Tridentinum, & Clementinum, vnà cum suis appendicibus Indici huic generali adijciendos curavimus, simulque omnia Decreta ad hęc vsque tempora in hac materia post prædicti Clementis Prædecessoris Indicem emanata, ne quid omnino, quod curiosæ fidelium diligentię prodesse posset, omissum videretur. Quę omnia cùm iuxta mentem nostram diligenter, & accuratè fuerint exequutioni mandata, composito Indice generali huiusmodi, cui etiam Regulæ Indicis Tridentini cum observationibus, & instructione memorato Indici Clementino adiectis appositæ fuerunt; Nos de prædictorum Cardinalium

*hoc est peculiare Indicis Editioni factæ an. 1664. *Vide* Præfationẽ F. Vinc. Fani in limine Indicis anni 1665, quem suprà exhibemus.

consilio

consilio eundem Indicem generalem, sicut præmittitur iussu nostro compositum, atque revisum, & typis Cameræ nostræ Apostolicæ iam impressum, & quem præsentibus nostris pro inserto haberi volumus, cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac ab omnibus tam Vniversitatibus, quàm singularibus Personis, vbicumque locorum existentibus, inviolabiliter, & inconcussè observari mandamus, & præcipimus, sub pœnis in Constitutione rec. mem. Pij P P. IV. etiam Prædecessoris nostri super dicti Indicis Tridentini confirmatione edita contentis, ad quas, varietatis veterum Decretorum in proponendis transgredientium pœnis tollendæ gratia, omnes, & singulas pœnas per Constitutiones Apostolicas, & Decreta anteriora huiusmodi quomodolibet inflictas harum serie reducimus; firmis tamen manentibus his quæ de Auctoribus, & Libris damnatis in litteris Apostolicis die Cœnæ Domini publicari solitis sancita sunt, circa quos nihil omnino mutare, aut ne contingere quidem intendimus. Mandantes propterea omnibus, & singulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs, necnon dilectis filijs eorum Vicarijs, & Officialibus, ac Hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, & Regularium cuiuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti Superioribus, omnibusque alijs, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, vt hunc generalem Indicem vulgandum, & observandum pro viribus curent: memores ad officij sibi commissi munus pertinere, vt oves Dominici gregis tam à pabulis perniciosis arceantur, quàm salutaribus impleantur; à quo si (*quod absit*) per malitiam, aut negligentiam cessent, omnium malorum, quæ inde gravissima, & maxima oriri necesse est, districtam sibi apud severum Iudicem reddendam esse rationem. Non obstantibus Apostolicis, ac in Vniversalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis ac cum quibusvis clausulis, & Decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore huiusmodi, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, ac formam in illis traditam pro servata habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem vt earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij Publici subscriptis, & sigillo Personæ in

Eccle-

Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique locorum, & gentium habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Dat. Romæ*, apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, *die* V. *Martij* M, DC, LXIV. Pontificatus Nostri Anno Nono.

S. VGOLINVS



INDEX

INDEX
TRIDENTINVS,
PRIMVM
IVSSV PII IV EDITVS; A SIXTO V AVCTVS; DEMVM
autoritate CLEMENTIS VIII *promulgatus*, *Anno* M D XCV.

CVM INDICE
DECRETORVM
QVÆ
POSTMODVM, IN HVNC VSQVE DIEM
circa LIBRORVM *Prohibitionem* facta sunt.

Iuxta Exemplar excusum

ROMÆ, ex Typographia Reverendæ CAMERÆ APOSTOLICÆ.
M DC LXIV.

Superiorum Permissu & Privilegio.



LECTORI SALVTEM.



VANDOQVIDEM *in noviſſimâ* INDICIS LIBRORVM PROHIBITORVM Editione, *juſſu* ALEXANDRI VII. Pontificis Maximi *anno poſt ſuperiorem, quæ authoritate eius prodierat, haud dubiè non ſine gravibus cauſis factâ, omiſſus fuerat Index Tridentinus qualis à* CLEMENTE VIII. *publicatus eſt, necnon* DECRETA *quæ poſtea in eâ materiâ edita ſunt : Nos qui neceſſe habuimus poſtremam illam* Editionem *vtpote minùs intricatam, & præſertim nonnullis locis auctiorem, tibi repræſentare; nequid decederet tuæ vtilitati, ex omiſſione illarum partium, vnde prima Probibitionis origo arceſſitur : Operæ pretium duximus, poſt exhibitum tibi omni fide & integritate* Exemplar Romanum *Anni milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi quinti, quod poſtremum eſt hic ſubnectere ex ſupradictâ* Editione INDICIS ROMANI *Anni* MDC LXIV; INDICEM TRIDENTINVM *atque ea* DECRETA *quæ dein à SS.* CONGREGATIONIBVS, *tum* INDICIS, *tum S.* Officij, *tum etiam à Magiſtris* Sacri Palatij *emanarunt. Conquiſivimus inſuper omni ſtudio* DECRETA, *quæ poſt publicationem illius Operis, de novo in Vrbe condita ſunt in hunc vſque diem, vt agnoſcas curioſæ piorum diligentiæ hìc à nobis pleniùs ſatisfactum. Non igitur erit quod conqueratur aliquis de hoc præcedentis operis veluti ſupplemento; cùm ſit reliquorum baſis & fundamentum, nihilque omnino exhibeamus tibi, quàm quod ex* Duabus *illis* EDITIONIBVS Authenticis *omnique exceptione maioribus, fideliter hìc expreſſimus, atque ex* DECRETIS *quæ recèns* Romæ *locis ſolitis affixa & publicata nanciſci potuimus.*

INDEX
TRIDENTINVS





ADMONITIO AD LECTOREM.



HANC Librorum Prohibitorum *collectionem eo demum adiecto Indice locupletamus, qui Tridentinus nuncupatur. Quam nomenclaturam ideo sortitus est, quia à Tridentina Synodo per Patres ad hoc munus electos confectus, iubente Pio* IV. *primùm editus, deinde à Sixto* V. *auctus, Clementis* VIII. *auctoritate promulgatus fuit. Cum enim in Superioribus Indicibus, sæpè Lector remittatur ad primam, vel alteram Classem certorum, siue incertorum Auctorum, quorum cognitio, non nisi ab hoc Indice haberi potest, operæ pretium fuit hunc alijs adijcere, vt quidquid notitiæ huiusmodi Librorum deseruit, sub vno quasi aspectu conspici possit. Damus etiam ea de causa Summorum Pontificum Bullas, quibus suum Pius* IV. *& Sixti Indicem Clemens* VIII. *approbarunt. Tum sequitur præfatio, quam Franciscus Forerius Ord. Prædic. Vir solidè doctus, & eruditus, ac Tridentinæ deputationi à Secretis, Indici Tridentino præfixit. Ex qua discet quispiam, quid nomine Classium, certorum, & incertorum Auctorum, quidve appendicum intelligatur. Quæ verò, vel qualis fuerit prænominata deputatio Tridentina, quia ad rem nostram pertinet, paucis aperiam: Sacra illa, & OEcumenica Synodus solerter aduertens quantum noceat Christi fidelibus Librorum malorum lectio, plures Episcopos doctrina, & pietate conspicuos deputauit, quorum cura, & studio, adhibitis item nonnullis Doctoribus, omnium Librorum damnatæ lectionis Index accuratè conficeretur. Et hæc dicta est deputatio Tridentina, cui, vt dixi, à Secretis fuit Franciscus Forerius, quem cum laude commemorat in Apparatu sacro Possevinus. Hanc postea deputationem in Indicis Congregationem Pius* V. *erexit, Secretario eidem assignato Antonio Possio; ad quod munus deinceps, Summi Pontifices Viros ex Ord.* Prædic. *assumpserunt. Vnde sequentes ex eadem familia nusquam interrupta serie, vsque ad præsentem diem numerantur. Ioannes Baptista Lancius Regiensis ad Sacri* Palatij *Magisterium postea euectus; Vincentius Bonardus, postmodum eiusdem Sac. Palatij Apostolici Magister, ac demum Episcopus Hieracensis, cuius honorabilem mentionem facit Baronius anno Christi 58. Paulus Picus de Burgo S. Sepulchri, post Episcopus Vulturariensis: Thomas Pallauicinus Bononiensis; Franciscus Magdalenus Capiferreus Romanus; Io. Baptista de Marinis, nunc Ordinis Magister Generalis; Raymundus Capisuccus Romanus, nunc Magister Sac. Palatij; Hyacinthus Libellus Typhernas.*

PIVS



PIUS PAPA IV.

Ad perpetuam rei memoriam.

DOMINICI Gregis custodiæ Domino disponente, præpositi, vigilis more Pastoris, non desistimus, ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura, & diligentia præcauere, ne propter negligentiam nostram pereant oves, quæ pretiosissimo D. N. Iesu Christi sanguine sint redemptæ. Et si autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in OEcumenico & Generali Concilio Trid. S. Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerunt, vt facile iam sit vnicuique sanam Catholicamque Doctrinam à falsa, adulterináque internoscere: tamen cùm Librorum ab Hæreticis editorum lectio, non modò simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpè etiam doctos, eruditosque in varios errores, & à veritate fidei Catholicæ alienas opiniones inducere; huic quoque rei esse duximus providendum. Cum autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur, atque ederetur Index, siue Catalogus Librorum, qui vel Hæretici sint, vel de hæretica pravitate suspecti, vel certe Moribus, & pietati noceant: id negotium ad sacram Tridentinam Synodum reieceramus. Ea verò ex tanta Episcoporum, & aliorum doctissimorum Virorum copia delegit, ad eum conficiendum Indicem, multos cum doctrina, tum iudicio insignes Prælatos, ex omnibus ferè Nationibus: qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigilijs eum Indicem tandem, Deo iuvante perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto, is Index Nobis oblatus fuisset, vt ne ante ederetur quam à nobis approbatus fuisset; Nos doctissimis quibusdam, probatissimisque Prælatis eum accuratissimè legendum, examinandúmque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum; & præterea commodissimè digestum esse cognoverimus: Nos saluti animarum consulere, eamque ob causam providere cupientes, ne libri, & scripta cuiuscunque generis, quæ in eo improbantur, sive vt hæretica, sive vt de hæretica pravitate suspecta, sive vt pietati, ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, post hac à Christi fidelibus legantur: ipsum Indicem, vna cum regulis ei præpositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, imprimique ac divulgari, & ab omnibus Vniversitatibus Catholicis, ac quibuscumque alijs, vbique suscipi, easque Regulas observari mandamus, atque decernimus:

Inhi-

Inhibentes omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis personis, Sæcularibus, & Regularibus, cuiuscumque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quàm Laicis, quocumque honore, ac dignitate præditis; ne quis contra earum Regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis, Libros vllos legere, habereue audeat. Si quis autem adversus eas Regulas, prohibitionémque fecerit, is quidem, qui Hæreticorum Libros, vel cuiusvis Auctoris scripta propter hęresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritve, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat; eamque ob causam in eum, tanquam de hæresi suspectum inquiri & procedi liceat: pręter alias pœnas super hoc ab Apostolica Sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem Libros alia de causa prohibitos legerit habueritve; præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severè se noverit puniendum. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque, aut si quibus communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indultum, ne excommunicari possint, per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Vt hęc autem ad omnium notitiam perveniant, neue quis excusatione ignorationis vti possit, volumus, & mandamus, vt hæ Litterę per aliquos Curiæ nostræ Cursores in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solemnibus intersit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur; & postquam recitatę fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemque Cancellarię Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur; ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amovebuntur, earum exempla in iisdem Locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui his Literis comprehenduntur, post tres menses, à die publicationis, & affixionis earum numerandos, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsismet illę editæ, lectæque fuissent. Transumptis quoque earum, quę manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptave, & sigillo, ac subscriptione alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. *Dat.* ROMÆ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XXIV. Martij. M. D. LXIV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Antonius Florebello Lavellinus.



CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei Memoriam.

SAcrosanctum Catholicæ fidei depositum, sine qua Deo placere, aut æternam salutem consequi nemini licet, vt salvum in Ecclesia Dei perpetuò conservaretur, posterisque inviolatum traderetur, pastoralis Romanorum Pontificum vigilantia, summo semper studio, & contentione laboravit. Ipsi enim à Christo Domino, huius tam pretiosi depositi auctore, & illud fideliter custodiendi, & bonum semen patris familias, ab inimici hominis zizanijs discernendi, & Ecclesiam salutari doctrina ædificandi, præcipuam curam, summámque potestatem, in beatissimo Petro Apostolorum Principe acceperunt. Quocircà sanctæ mem. Gelasius Primus, & Greg. IX, aliique complures Romani Pontifices, prædecessores nostri, zelo zelati pro domo Domini exercituum, vt hanc fidei Catholicæ doctrinæque integritatem, salvam, incorruptámque in Ecclesia Dei retinerent, Apostolici animi magnitudine, pro muro domus Israël, adversus eiusdem fidei hostes, se ipsos opponentes, ne illorum dolis, & insidijs imprudentes, & simpliciores homines caperentur, lucem à tenebris, prava à rectis seiunxerunt, quæ sequenda, quæ cavenda essent, Christi fidelibus declararunt; probatos, laudabiles, orthodoxos Libros ab adulterinis, perniciosis & apocryphis, singulari diligentia distinxerunt; postremò, Hereticorum impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta, Conciliorum Decretis, Pontificijs Constitutionibus, aut alio opportuno censuræ genere condemnarunt. Sed cùm nostris hisce calamitosis, & novissimis temporibus, antiquus humani generis hostis, à sua malitia nunquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinam, & veritatem labefactandam, pestiferas hereses, & detestabiles errores, aut novos conflasset, aut veteres ex inferis excitasset; sacra Tridentina Synodus, pestilentem noxiorum Librorum copiam, quæ plus nimio excreverat, coërcere, atque auferre cupiens; primùm quidem, doctissimos aliquot Viros delegit, qui de tota ea re cognoscerent, & deliberarent; deinde verò cum ij in negotio non parum progressi essent, iustis de causis eadem Synodus permota, ad ipsam Apostolicam Sedem, integram rem deferendam statuit. Itaque fel. rec. Pius Papa IV. prędecessor noster, qui tunc ad Ecclesię gubernacula sedebat, Prælatis quibusdam doctrina, & prudentia pręstantibus, adhibitis, Indicem Librorum Prohibitorum, & Regulas quasdam, per suas Litteras in forma Brevis, promulgavit; & eiusmodi noxiorum Librorum detrimentis depellendis, opportunè providit. Cęterum, licet illa pro temporis ratione prudenter fuerint tunc constituta, tamen cum Sathanę astutia, in huiusmodi Librorum

rum editione, nova in dies mala crescerent (nam post illud tempus alij etiam Libri perniciosi partim conscripti atque editi, partim qui scripti erant, & antea delituerant, in medium prodiere; quorum lectione simpliciores, & incauti homines, in errores induci facilè poterant.) Propterea piæ mem. Sixtus Papa V. prædecessor noster, multis illustratis, atque ad regulas adiectis necessarijs rebus, mandavit, vt nonnulli alij eiusdem generis Libri, eidem Indici adderentur. Verùm cum idem Sixtus, re minimè absoluta, ab humanis excesserit: Nos animatum saluti quantum cum Domino possumus consulentes, quod iampridem vtiliter cœptum, & à multis diu desideratum erat, hoc tempore omnino perficiendum, atque in lucem edendum duximus. Venerabili igitur fratri nostro Marco Antonio Episcopo Prænestino de Columna, & dilectis filijs nostris, Augustino Sancti Marci de Verona, Simeoni Sanctæ Anastasiæ de Terranova, Hieronymo Sanctæ Mariæ super Minervam Asculano, Federico Sanctæ Mariæ Angelorum in thermis Borromæo, Francisco Sanctę Mariæ Transpontinæ Toleto, titulorum Presbyteris, necnon Ascanio Sanctę Marię in Cosmedin de Columna Diacono; Cardinalibus; super huiusmodi Indice per Nos deputatis, alijsque pijs, & eruditis Viris in consilium adhibitis, ea omnia, ac singula, quę à Sixto V. vt supra diximus, instituta erant, diligenter examinanda, commisimus: quę cum magno studio visa, ac Deo favente, demum absoluta fuerint; Nos tam eandem Pij prędecessoris Constitutionem, & Indicem, ac Regulas, quorum omnium tenores haberi volumus pro expressis, quam hęc ipsa illis addita, prout inferiùs descripta sunt, omnia & singula, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus; & præsentis scripti patrocinio communimus, atque ab omnibus, tam Vniversitatibus, quam singularibus personis vbique locorum existentibus, sub eisdem pœnis, in dicta Pij Constitutione contentis, observari precipimus, & mandamus. Quò autem facilius negotium, cum prohibitionis, tum expurgationis, & impressionis Librorum peragatur, eas omnes facultates, privilegia, & indulta, quæ recol. mem. Pius V, Magistro sacri Palatij primum, deinde Gregorius XIII, & Sixtus V, Cardinalibus Congregationis prędictæ concesserunt, quorum tenores hic volumus haberi pro expressis, confirmamus, & quatenus opus est innovamus, in his omnibus, quę additis in hoc Indice non adversantur. Volumusque propterea, ac decernimus, vt si quę in posterum dubitationes, aut controversię circa ipsum Indicem, illiusque Regulas, aliaque illis addita emerserint, ad Congregationem supradictorum Cardinalium, seu aliorum, qui pro tempore super Indice huiusmodi deputati fuerint, referantur, & ex sententia eorundem Cardinalium Nobis, aut successoribus nostris, si rei gravitas id postulaverit, consultis, declarentur, & decidantur. Quorum auctoritatem, cùm permittendis, tum prohibendis, expurgandis, & imprimendis Libris, alijsque ad eam rem pertinentibus, explicandis, volumus esse præcipuam: atque ita mandamus ab omnibus venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinarijs, & dilectis filijs Inquisitoribus, Vniversitatibus, Magistris, Doctoribus, Bibliopolis, Impressoribus, Mercatoribus, Gabellarijs, cæterisque omnibus cuiuscumque gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticis, sæcularibus, vel regularibus,

quàm laicis, quocunque honore, vel dignitate præditis, inviolabiliter observari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Vniversalibus, Provincialibus, & Synodalibus Concilijs, Editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis Statutis, & Consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus; & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & ad verbum inserta mentio habenda esset, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expreßè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Decernentes earundem præsentium exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo Prælati alicuius Ecclesiastici obsignatis, eandem haberi fidem, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Dat. Tusculi*, sub Annulo Piscatoris, Die decimaseptima Octobris, Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

M. Vestrius Barbianus.



PRÆFA-



PRÆFATIO
IN
INDICEM LIBRORVM
PROHIBITORVM CONFECTVM
Deputatione TRIDENTINÆ SYNODI
F. FRANCISCI FORERII, ORDIN. PRÆD. S. T. Professoris & eiusdem Deputationis Secretarij.



VM sancta OEcumenica Tridentina Synodus, ijs rationibus adducta, quæ in secundæ sessionis Decreto sub Beatissimo Pio IV. Pont. Max. explicatæ sunt, censuisset, vt Patres aliquot, ex omnibus fere nationibus delecti, de librorum censuris quid statuendum esset, diligenter cogitarent, in eam tandem sententiam, post diuturnam deliberatione m venerunt, vt iudicarent nihil vtilius fieri posse, quam si Romanus ille prohibitorum librorum Index ab Inquisitoribus Romæ postremò confectus, paucis tantum demptis, atque etiam additis, retineretur: quippe qui cum magna maturitate à multis viris doctis compositus, plurimos comprehendat auctores, atque in ordinem satis commodum digestus esse videatur.

Quoniam verò intelligebant, propterea in aliquibus Provinciis, ac locis hactenus eum Indicem receptum non esse, quod in eo quidam libri prohiberentur, quorum lectione viri docti privati, magno incommodo afficerentur: atque animadvertentes etiam, in eo esse nonnulla parum explicanter posita, quæ interpretatione indigerent; re multum diúque deliberationibus agitata, ac viris etiam ex omni natione, Theologicæ facultatis scientissimis, in consilium adhibitis, subiectas Regulas componendas iudicarunt, vt quoad eius fieri posset, dictorum hominum commodis, & studijs, salva veritate, ac relìgione, prospiceretur.

Illud igitur in primis observare oportet, vnamquamque pene Alphabeti literam tres habere Classes.

In prima non tam libri, quam Librorum scriptores, continentur, qui aut hæretici, aut nota hæresis suspecti fuerunt: horum enim Catalogum fieri oportuit, vt omnes intelligant, eorum scripta, non edita solum, sed edenda etiam, prohibita esse.

Sed illud etiam animadvertendum est, quod licet multi præterea sint qui iustissimis de causis in hanc classem referri poterant, Patribus tamen non is fuit animus, aut ad eorum pertinebat institutum, vt eos ad vnum perquirerent, sed ijs penè contenti fuere, qui in Romano Catalogo descripti sunt: de alijs verò eiusdem generis auctoribus, idem ab

Ordinarijs, & Inquisitoribus statuendum esse existimarunt.

In secundam Classem non auctores, sed libri sunt relati, qui propter doctrinam, quam continent, non sanam, aut suspectam, aut quæ offensionem etiam in moribus tantum, fidelibus afferre potest, reijciuntur, etiam si auctores, à quibus prodiere, ab Ecclesia nunquam desciverunt.

Tertia verò & ultima classis, eos libros complectitur, qui sine scriptoris nomine exierunt in vulgus, & eam doctrinam continent, quam Romana Ecclesia tanquam Catholicæ fidei, aut morum integritati contrariam, refutandam, ac repellendam esse decernit.

Non enim omnes libros, qui nomen auctoris non præferunt, damnandos putarunt: quandoquidem sæpè viros doctos, ac sanctos novimus, ut Christiana quidem Resp. ex eorum vigilijs fructum caperet; ipsi verò inanem gloriam evitarent, libros optimos sine nomine edidisse: sed eos tantum, qui aut liquido pravam, aut dubiam fidei doctrinam, sive moribus perniciosam continent.

At verò, qui sint huiusmodi, aut tales censeri debeant, præter eos, qui in hoc Catalogo descripti sunt; Episcopi, & Inquisitores, una cum Theologorum Catholicorum consilio, dijudicabunt.

Sed propter nostrorum temporum malitiam, ne in posterum libri sine nomine auctoris edantur, decreto quartæ sessionis Tridentini Concilij, sub fel. rec. Paulo III. quod incipit, Sed & impressoribus, &c. provisum est.

INDEX TRIDENTINVS

A

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

Andreas Kreuch.
Andreas Lang.
Andreas Muncerus.
Andreas Otho Hertzbergensis.
Andreas Pancratius.
Andreas Petrius.
Andreas Pauchemius, *vel* Pouchaimius.
Andreas Scoffius, *vel* Scoppfus.
Andreas Volanus.
Andreas à Skeuve.
Antonius Cevallerius.
Antonius Cooke.
Antonius Corranus.
Antonius Fayus.
Antonius Ghelbius Linconiensis.
Antonius Herottus.
Antonius Moscherus.
Antonius Paquius.
Antonius Probus.
Antonius Sadeel.
Antonius Schorus Anglus.
Antonius Palearius.
Augustinus Marloratus.

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti*

In ACTIS Æneæ Sylvij prohibentur ea, quæ ipse in Bulla retractationis damnavit.
Alcuini, *seu potiùs* Calvini commentarij in Libros de Trinitate.
Antonij Francisci Doni Litteræ.
Antonij de Rosellis Aretini tractatus de Potestate Imperatoris, & Papæ, & de Concilijs. Augustini de Roma Nazareni Episcopi, tractatus de Sacramento Divinitatis IESV Christi, & Ecclesiæ. *Item* tractatus de Christo capite, & eius inclito Principatu. *Item* tractatus de charitate Christi circa electos, & de eius infinito amore. } *Donec expurgentur.*

APPENDIX.

ADRIANI Barlandi Liber, selectas quasdam Epistolas Erasmi Roterodami continens.

Alberti Argentinensis. Chronicon, *Editio* Basileensis. Alberti Kranzij Hamburgensis, Historiæ, *seu* Chronicæ, *edita* Francofurti. } *Nisi corrigantur.*
Alphonsi Enriquez, defensio pro Erasmo, *contra* Eduardum Læum, & *contra* Vniversitatem Parisiensem.
Amati Lusitani Centuriæ, *donec expurgentur.*
Ambrosij Catharini Politi, Quæstiones duæ, de Verbis, quibus Christus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum confecit.
Andreæ Corvi, Libri de Chiromantia.
Andreæ Masij, Commentaria super Iosue, *usquequo emendentur.*
Annales generis Silesiæ, Ioachimo Cureo *Auctore.*
Annotationes super Inst. Ioannis Schneidevvini, *nisi emendentur.*
Antiochi Tiberti, Liber de Chiromantia.
Antonij Bonfinij, Commentaria de Pudicitia.
Antonij Poli Veneti, Lucidarium potestatis Papalis.
Antonij Reuchlini Exegesis dictionum in Psalmos. Antonij de Rampilogis, Figuræ Bibliorum. } *Donec expurgentur.*
Apologia Fratris Michaëlis Medinæ Belarcensis *adversus* F. Dominicum Soto Segobiensem, *pro* fratre Ioanne Fero.
Apologia Wilhielmi Principis Auriaci Comitis Nassoviæ, *contra* Principem Parmensem.
Apologia Zasij, *contra* Ioannem Eckium.
Arnaldi de Villanova Opera, *nisi expurgentur.*
Augustini Eugubini Cosmopœia, *nisi fuerit ex emendatis, & impressis Venetijs* 1591.

Incertorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

ACTA Norbergæ, *videlicet*, Osiandrismus.
Acta Synodi Bernensis.
Actiones duæ Secretarij Pontificij.
Admonitio Ministrorum Verbi Argentinensium.
Æquitatis discussio, super consilio delectorum Cardinalium.

Alchimia

APPENDIX.

B

AVCTORES *Primæ Classis.*



LECTORI SALVTEM.



VANDOQVIDEM *in novissimâ* INDICIS LIBRORVM PROHIBITORVM Editione, *jussu* ALEXANDRI VII. Pontificis Maximi *anno post superiorem, quæ authoritate eius prodierat, haud dubiè non sine gravibus causis factâ, omissus fuerat Index Tridentinus qualis à* CLEMENTE VIII. *publicatus est, necnon* DECRETA *quæ postea in eâ materiâ edita sunt: Nos qui necesse habuimus postremam illam* Editionem *vtpote minus intricatam, & præsertim nonnullis locis auctiorem, tibi repræsentare; nequid decederet tuæ vtilitati, ex omissione illarum partium, vnde prima Prohibitionis origo arcessitur: Operæ pretium duximus, post exhibitum tibi omni fide & integritate* Exemplar Romanum *Anni millesimi sexcentesimi sexagesimi quinti, quod postremum est hic subnectere ex supradictâ* Editione INDICIS ROMANI *Anni* MDCLXIV; INDICEM TRIDENTINVM *atque ea* DECRETA *quæ dein à SS.* CONGREGATIONIBVS, *tum* INDICIS, *tum S.* Officij, *tum etiam à Magistris* Sacri Palatij *emanarunt. Conquisivimus insuper omni studio* DECRETA, *quæ post publicationem illius Operis, de novo in Vrbe condita sunt in hunc vsque diem, vt agnoscas curiosæ piorum diligentiæ hic à nobis plenius satisfactum. Non igitur erit quod conqueratur aliquis de hoc præcedentis operis veluti supplemento; cùm sit reliquorum basis & fundamentum, nihilque omnino exhibeamus tibi, quàm quod ex* Duabus *illis* EDITIONIBVS Authenticis *omnique exceptione maioribus, fideliter hîc expressimus, atque ex* DECRETIS *quæ recèns* Romæ *locis solutis affixa & publicata nancisci potuimus.*

INDEX
TRIDENTINVS






ADMONITIO AD LECTOREM:



ANC Librorum Prohibitorum *collectionem eo demum adiecto Indice locupletamus, qui Tridentinus nuncupatur. Quam nomenclaturam ideo sortitus est, quia à Tridentina Synodo per Patres ad hoc munus electos confectus, iubente Pio* IV. *primùm editus, deinde à Sixto* V. *auctus, Clementis* VIII. *auctoritate promulgatus fuit. Cum enim in Superioribus Indicibus, sæpè Lector remittatur ad primam, vel alteram Classem certorum, siue incertorum Auctorum, quorum cognitio, non nisi ab hoc Indice haberi potest, operæ pretium fuit hunc alijs adijcere, vt quidquid notitiæ huiusmodi Librorum deseruit, sub vno quasi aspectu conspici possit. Damus etiam ea de causa Summorum Pontificum Bullas, quibus suum Pius* IV. *& Sixti Indicem Clemens* VIII. *approbarunt. Tum sequitur præfatio, quam Franciscus Forerius Ord. Prædic. Vir solidè doctus, & eruditus, ac Tridentinæ deputationi à Secretis, Indici Tridentino præfixit. Ex qua discet quispiam, quid nomine Classium, certorum, & incertorum Auctorum, quidve appendicum intelligatur. Quæ verò, vel qualis fuerit prænominata deputatio Tridentina, quia ad rem nostram pertinet, paucis aperiam: Sacra illa, & OEcumenica Synodus solerter aduertens quantum noceat Christi fidelibus Librorum malorum lectio, plures Episcopos doctrina, & pietate conspicuos deputauit, quorum cura, & studio, adhibitis item nonnullis Doctoribus, omnium Librorum damnatæ lectionis Index accuratè conficeretur.* Et hæc *dicta est deputatio Tridentina, cui, vt dixi, à Secretis fuit Franciscus Forerius, quem cum laude commemorat in Apparatu sacro Possevinus.* Hanc postea deputationem *in Indicis Congregationem Pius* V. *erexit, Secretario eidem assignato Antonio Possio; ad quod munus deinceps, Summi Pontifices Viros ex Ord. Prædic. assumpserunt. Vnde sequentes ex eadem familia nusquam interrupta serie, vsque ad præsentem diem numerantur. Ioannes Baptista Lancius Regiensis ad Sacri Palatij Magisterium posteà euectus; Vincentius Bonardus, postmodum eiusdem Sac. Palatij Apostolici Magister, ac demum Episcopus Hieracensis, cuius honorabilem mentionem facit Baronius anno Christi 58. Paulus Picus de Burgo S. Sepulchri, pòst Episcopus Vulturariensis: Thomas Pallauicinus Bononiensis; Franciscus Magdalenus Capiferreus Romanus; Io. Baptista de Marinis, nunc Ordinis Magister Generalis; Raymundus Capisuccus Romanus, nunc Magister Sac. Palatij; Hyacinthus Libellus Typhernas.*



PIUS PAPA IV.

Ad perpetuam rei memoriam.



OMINICI Gregis custodiæ Domino disponente, præpositi, vigilis more Pastoris, non desistimus, ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura, & diligentia præcauere, ne propter negligentiam nostram pereant oves, quæ pretiosissimo D. N. Iesu Christi sanguine sint redemptæ. Et si autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in OEcumenico & Generali Concilio Trid. S. Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerunt, vt facile iam sit vnicuique sanam Catholicamque Doctrinam à falsa, adulterináque internoscere: tamen cùm Librorum ab Hæreticis editorum lectio, non modò simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpè etiam doctos, eruditosque in varios errores, & à veritate fidei Catholicæ alienas opiniones inducere; huic quoque *rei esse* duximus providendum. Cum autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur, atque ederetur Index, siue Catalogus Librorum, qui vel Hæretici sint, vel de hæretica pravitate suspecti, vel certe Moribus, & pietati noceant: id negotium ad sacram Tridentinam *Synodum* reieceramus. Ea verò ex tanta Episcoporum, & aliorum doctissimorum Virorum copia delegit, ad eum conficiendum Indicem, multos cum doctrina, tum iudicio insignes Prælatos, ex omnibus ferè Nationibus: qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigilijs eum Indicem tandem, Deo iuvante perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto, is Index Nobis oblatus fuisset, vt ne ante ederetur quam à nobis approbatus fuisset; Nos doctissimis quibusdam, probatissimisque Prælatis eum accuratissimè legendum, examinandúmque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum; & præterea commodissimè digestum esse cognoverimus: Nos saluti animarum consulere, eamque ob causam providere cupientes, ne libri, & scripta cuiuscunque generis, quæ in eo improbantur, sive vt hæretica, sive vt de hæretica pravitate suspecta, sive vt pietati, ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, post hac à Christi fidelibus legantur: ipsum Indicem, vna cum regulis ei præpositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, imprimique ac divulgari, & ab omnibus Vniversitatibus Catholicis, ac quibuscumque alijs, vbique suscipi, easque Regulas observari mandamus, atque decernimus:

Inhi-

Inhibentes omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis personis, Sæcularibus, & Regularibus, cuiuscumque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quam Laicis, quocumque honore, ac dignitate preditis; ne quis contra earum Regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis, Libros vllos legere, habereue audeat. Si quis autem adversus eas Regulas, prohibitionémque fecerit, is quidem, qui Hæreticorum Libros, vel cuiusvis Auctoris scripta propter heresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritve, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat; eamque ob causam in eum, tanquam de heresi suspectum inquiri & procedi liceat: preter alias pœnas super hoc ab Apostolica Sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem Libros alia de causa prohibitos legerit habueritve; præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio, severè se noverit puniendum. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque; aut si quibus communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indultum, ne excommunicari possint, per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Vt hec autem ad omnium notitiam perveniant, neue quis excusatione ignorationis vti possit, volumus, & mandamus, vt hæ Litteræ per aliquos Curiæ nostræ Cursores in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solemnibus intersit, congregati solet, palam, & clara voce recitentur; & postquam recitatę fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemque Cancellarię Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur; ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amovebuntur, earum exempla in iisdem Locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui his Literis comprehenduntur, post tres menses, à die publicationis, & affixionis earum numerandos, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsismet illę editæ, lectæque fuissent. Transumptis quoque earum, quę manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptave, & sigillo, ac subscriptione alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. *Dat.* ROMÆ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XXIV. Martij. M. D. LXIV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Antonius Florebello Lavellinus.



CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei Memoriam.

SAcrosanctum Catholicæ fidei depositum, sine qua Deo placere, aut æternam salutem consequi nemini licet, vt salvum in Ecclesia Dei perpetuò conservaretur, posterisque inviolatum traderetur, pastoralis Romanorum Pontificum vigilantia, summo semper studio, & contentione laboravit. Ipsi enim à Christo Domino, huius tam pretiosi depositi auctore, & illud fideliter custodiendi, & bonum semen patris familias, ab inimici hominis zizanijs discernendi, & Ecclesiam salutari doctrina ædificandi, præcipuam curam, summámque potestatem, in beatissimo Petro Apostolorum Principe acceperunt. Quocirca sanctæ mem. Gelasius Primus, & Greg. IX, aliíque complures Romani Pontifices, prædecessores nostri, zelo zelati pro domo Domini exercituum, vt hanc fidei Catholicæ doctrinæque integritatem, salvam, incorruptámque in Ecclesia Dei retinerent, Apostolici animi magnitudine, pro muro domus Israël, adversus eiusdem fidei hostes, se ipsos opponentes, ne illorum dolis, & insidijs imprudentes, & simpliciores homines caperentur, lucem à tenebris, prava à rectis seiunxerunt, quæ sequenda, quæ cavenda essent, Christi fidelibus declararunt; probatos, laudabiles, orthodoxos Libros ab adulterinis, perniciosis & apocryphis, singulari diligentia distinxerunt; postremò, Hereticorum impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta, Conciliorum Decretis, Pontificijs Constitutionibus, aut alio opportuno censuræ genere condemnárunt. Sed cùm nostris hisce calamitosis, & novissimis temporibus, antiquus humani generis hostis, à sua malitia nunquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinam, & veritatem labefactandam, pestiferas hęreses, & detestabiles errores, aut novos conflasset, aut veteres ex inferis excitasset; sacra Tridentina Synodus, pestilentem noxiorum Librorum copiam, quæ plus nimio excreverat, coërcere, atque auferre cupiens; primùm quidem, doctissimos aliquot Viros delegit, qui de tota ea re cognoscerent, & deliberarent; deinde verò cum ij in negotio non parum progressi essent, justis de causis eadem Synodus permota, ad ipsam Apostolicam Sedem, integram rem deferendam statuit. Itaque fel. rec. Pius Papa IV. prędecessor noster, qui tunc ad Ecclesię gubernacula sedebat, Prælatis quibusdam doctrina, & prudentia pręstantibus, adhibitis, Indicem Librorum Prohibitorum, & Regulas quasdam, per suas Litteras in forma Brevis, promulgavit, & eiusmodi noxiorum Librorum detrimentis depellendis, opportunè providit. Cęterum, licet illa pro temporis ratione prudenter fuerint tunc constituta, tamen cum Sathanę astutia, in huiusmodi Librorum

rum editione, nova in dies mala crescerent (nam post illud tempus alij etiam Libri perniciosi partim conscripti atque editi, partim qui scripti erant,& antea delituerant, in medium prodiere, quorum lectione simpliciores,& incauti homines, in errores induci facilè poteranr.) Propterea piæ mem. Sixtus Papa V. prædecessor noster, multis illustratis, atque ad regulas adiectis necessarijs rebus, mandavit, vt nonnulli alij eiusdem generis Libri, eidem Indici adderentur. Verùm cum idem Sixtus, re minimè absoluta, ab humanis excesserit: Nos animarum saluti quantum cum Domino possumus consulentes, quod iampridem vtiliter cœptum, & à multis diu desideratum erat, hoc tempore omnino perficiendum, atque in lucem edendum duximus. Venerabili igitur fratri nostro Marco Antonio Episcopo Prænestino de Columna, & dilectis filijs nostris, Augustino Sancti Marci de Verona, Simeoni Sanctæ Anastasiæ de Terranova, Hieronymo Sanctæ Mariæ super Minervam Asculano, Federico Sanctæ Mariæ Angelorum in thermis Borromæo, Francisco Sanctę Mariæ Transpontinæ Toleto, titulorum Presbyteris, necnon Ascanio Sanctę Marię in Cosmedin de Columna Diacono; Cardinalibus; super huiusmodi Indice per Nos deputatis, alijsque pijs,& eruditis Viris in consilium adhibitis, ea omnia, ac singula, quę à Sixto V. vt supra diximus, instituta erant, diligenter examinanda, commisimus: quę cum magno studio visa, ac Deo favente, demum absoluta fuerint; Nos tam eandem Pij prędecessoris Constitutionem, & Indicem, ac Regulas, quorum omnium tenores haberi volumus pro expressis, quam hęc ipsa illis addita, prout inferiùs descripta sunt; omnia & singula, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & pręsentis scripti patrocinio communimus, atque ab omnibus, tam Vniversitatibus, quam singularibus personis vbique locorum existentibus, sub eisdem pœnis, in dicta Pij Constitutione contentis, observari pręcipimus, & mandamus. Quò autem facilius negotium, cum prohibitionis, tum expurgationis, & impressionis Librorum peragatur, eas omnes facultates, privilegia,& indulta, quæ recol. mem. Pius V, Magistro sacri Palatij primum, deinde Gregorius XIII, & Sixtus V, Cardinalibus Congregationis prędictæ concesserunt, quorum tenores hic volumus haberi pro expressis, confirmamus, & quatenus opus est innovamus, in his omnibus, quę additis in hoc Indice non adversantur. Volumusque propterea, ac decernimus, vt si quę in posterum dubitationes, aut controversię circa ipsum Indicem, illiusque Regulas, aliaque illis addita emerserint, ad Congregationem supradictorum Cardinalium, seu aliorum, qui pro tempore super Indice huiusmodi deputati fuerint, referantur, & ex sententia eorundem Cardinalium Nobis, aut successoribus nostris, si rei gravitas id postulaverit, consultis, declarentur, & decidantur. Quorum auctoritatem, cùm permittendis, tum prohibendis, expurgandis, & imprimendis Libris, alijsque ad eam rem pertinentibus, explicandis, volumus esse præcipuam: atque ita mandamus ab omnibus venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinarijs, & dilectis filijs Inquisitoribus, Vniversitatibus, Magistris, Doctoribus, Bibliopolis, Impressoribus, Mercatoribus, Gabellarijs, cæterisque omnibus cuiuscumque gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticis, sæcularibus, vel regularibus,

quàm laicis, quocunque honore, vel dignitate præditis, inviolabiliter observari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Vniversalibus, Provincialibus, & Synodalibus Concilijs, Editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis Statutis, & Consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & ad verbum inserta mentio habenda esset, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Decernentes earundem præsentium exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo Prælati alicuius Ecclesiastici obsignatis, eandem haberi fidem, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Dat. Tusculi*, sub Annulo Piscatoris, Die decimaseptima Octobris, Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

M. Vestrius Barbianus.



PRÆFA-



PRÆFATIO IN INDICEM LIBRORVM PROHIBITORVM CONFECTVM

Deputatione TRIDENTINÆ SYNODI

F. FRANCISCI FORERII, ORDIN. PRÆD. S. T. Professoris & eiusdem Deputationis Secretarij.



VM sancta OEcumenica Tridentina Synodus, ijs rationibus adducta, quæ in secundæ sessionis Decreto sub Beatissimo Pio IV. Pont. Max. explicatæ sunt, censuisset, vt Patres aliquot, ex omnibus fere nationibus delecti, de librorum censuris quid statuendum esset, diligenter cogitarent, in eam tandem sententiam, post diuturnam deliberatione m venerunt, vt indicarent nihil vtilius fieri posse, quam si Romanus ille prohibitorum librorum Index ab Inquisitoribus Romæ postremò confectus; paucis tantum demptis, atque etiam additis, retineretur: quippe qui cum magna maturitate à multis viris doctis compositus, plurimos comprehendat auctores, atque in ordinem satis commodum digestus esse videatur.

Quoniam verò intelligebant, propterea in aliquibus Provinciis, ac locis hactenus eum Indicem receptum non esse, quod in eo quidam libri prohiberentur, quorum lectione viri docti privati, magno incommodo afficerentur: atque animadvertentes etiam, in eo esse nonnulla parum explicanter posita, quæ interpretatione indigerent; re multum diúque deliberationibus agitata, ac viris etiam ex omni natione, Theologicæ facultatis scientissimis, in consilium adhibitis, subiectas Regulas componendas iudicarunt, vt quoad eius fieri posset, dictorum hominum commodis, & studijs, salva veritate, ac religione, prospiceretur.

Illud igitur in primis observare oportet, vnamquamque pene Alphabeti literam tres habere Classes.

In prima non tam libri, quam Librorum scriptores, continentur, qui aut hæretici, aut nota hæresis suspecti fuerunt: horum enim Catalogum fieri oportuit, vt omnes intelligant, eorum scripta, non edita solum, sed edenda etiam, prohibita esse.

Sed illud etiam animadvertendum est, quod licet multi præterea sint qui iustissimis de causis in hanc classem referri poterant, Patribus tamen non is fuit animus, aut ad eorum pertinebat institutum, vt eos ad vnum perquirerent, sed ijs penè contenti fuere, qui in Romano Catalogo descripti sunt: de alijs verò eiusdem generis auctoribus, idem ab Ordi-

Ordinarijs, & Inquisitoribus statuendum esse existimarunt.

In secundam Classem non auctores, sed libri sunt relati, qui propter doctrinam, quam continent, non sanam, aut suspectam, aut quæ offensionem etiam in moribus tantum, fidelibus afferre potest, reijciuntur, etiam si auctores, à quibus prodiere, ab Ecclesia nunquam descivérunt.

Tertia verò & ultima classis, eos libros complectitur, qui sine scriptoris nomine exierunt in vulgus, & eam doctrinam continent, quam Romana Ecclesia tanquam Catholicæ fidei, aut morum integritati contrariam, refutandam, ac repellendam esse decernit.

Non enim omnes libros, qui nomen auctoris non præferunt, damnandos putarunt: quandoquidem sæpè viros doctos, ac sanctos novimus, ut Christiana quidem Resp. ex eorum vigilijs fructum caperet; ipsi verò inanem gloriam evitarent, libros optimos sine nomine edidisse: sed eos tantum, qui aut liquido pravam, aut dubiam fidei doctrinam, sive moribus perniciosam continent.

At verò, qui sint huiusmodi, aut tales censeri debeant, præter eos, qui in hoc Catalogo descripti sunt; Episcopi, & Inquisitores, una cum Theologorum Catholicorum consilio, dijudicabunt.

Sed propter nostrorum temporum malitiam, ne in posterum libri sine nomine auctoris edantur, decreto quartæ sessionis Tridentini Concilij, sub fel. rec. Paulo III. quod incipit, Sed & impressoribus, &c. provisum est.


INDEX



INDEX TRIDENTINVS

A

AVCTORES *Primæ Classis.*



APPENDIX.

Andreas

Andreas Kreuch.
Andreas Lang.
Andreas Muncerus.
Andreas Otho Hertzbergensis.
Andreas Pancratius.
Andreas Petrius.
Andreas Pauchemius, *vel* Pouchaimius.
Andreas Scoffius, *vel* Scoppfus.
Andreas Volanus.
Andreas à Skeuve.
Antonius Cevallerius.
Antonius Cooke.
Antonius Corranus.
Antonius Fayus.
Antonius Ghelbius Linconiensis.
Antonius Herortus.
Antonius Moschetus.
Antonius Paquius.
Antonius Probus.
Antonius Sadeel.
Antonius Schorus Anglus.
Antonius Palearius.
Augustinus Marloratus.

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti*

In ACTIS Æneæ Sylvij prohibentur ea, quæ ipse in Bulla retractationis damnavit.
Alcuini, *seu potius* Calvini commentarij in Libros de Trinitate.
Antonij Francisci Doni Litteræ.
Antonij de Rosellis Aretini tractatus de Potestate Imperatoris, & Papæ, & de Concilijs. } *Donec expurgentur.*
Augustini de Roma Nazareni Episcopi, tractatus de Sacramento Divinitatis IESV Christi, & Ecclesiæ. } *Donec expurgentur.*
Item tractatus de Christo capite, & eius inclito Principatu. } *Donec expurgentur.*
Item tractatus de charitate Christi circa electos, & de eius infinito amore. } *Donec expurgentur.*

APPENDIX.

ADRIANI Barlandi Liber, selectas quasdam Epistolas Erasmi Roterodami continens.
Alberti Argentinensis Chronicon, *Editio* Basileensis. } *Nisi corrigantur.*
Alberti Kranzij Hamburgensis, Historiæ, *seu* Chronicæ, *editæ* Francofurti. } *Nisi corrigantur.*
Alphonsi Enriquez, defensio pro Erasmo, *contra* Eduardum Læum, & *contra* Vniversitatem Parisiensem.
Amati Lusitani Centuriæ, *donec expurgentur.*
Ambrosij Catharini Politi, Quæstiones duæ, de Verbis, quibus Christus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum confecit.
Andreæ Corvi, Libri de Chiromantia.
Andreæ Masij, Commentaria super Iosue, *vsquequo emendentur.*
Annales gentis Silesiæ, Ioachimo Cureo *Auctore.*
Annotationes super Inst. Ioannis Schneidevvini, *nisi emendentur.*
Antiochi Tiberti, Liber de Chiromantia.
Antonij Bonfinij, Commentaria de Pudicitia.
Antonij Poli Veneti, Lucidarium potestatis Papalis.
Antonij Reuchlini Exegesis dictionum in Psalmos. } *Donec expurgentur.*
Antonij de Rampilogis, Figuræ Bibliorum. } *Donec expurgentur.*
Apologia Fratris Michaëlis Medinæ Belarcensis *adversus* F. Dominicum Soto Segobiensem, *pro* fratre Ioanne Fero.
Apologia Wilhielmi Principis Auriaci Comitis Nassoviæ, *contra* Principem Parmensem.
Apologia Zasij, *contra* Ioannem Eckium.
Arnaldi de Villanova Opera, *nisi expurgentur.*
Augustini Eugubini Cosmopœia, *nisi fuerit ex emendatis, & impressis Venetijs* 1591.

Incertorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

ACTA Norbergæ, *videlicet*, Osiandrismus.
Acta Synodi Bernensis.
Actiones duæ Secretarij Pontificij.
Admonitio Ministrorum Verbi Argentinensium.
Æquitatis discussio, super consilio delectorum Cardinalium.

APPENDIX.

B

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

Incertorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

Incertorum AVCTORVM *Libri Prohibiti.*

D

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

tino, *omnino prohibitus est.*

Si qui verò ex huiusmodi Libris, ad Cõtroversias sedandas, Pacesque componendas proficere possunt, *expurgati, & approbati permittuntur.*

Duo Volumina Orationum, Obscurorum Virorum.

E

AVCTORES *Primæ Classis.*

EOBANVS Hessus.
Erasmus Benedictus Silesius.
Erasmus Ebnerus.
Erasmus Fabricus.
Erasmus Osvaldus, Screcktenfuchsius *vel* Schrekdenfuchs.
Erasmus Rotembucher.
Erasmus Roterodamus. *Vide supra* in litera D.
Erasmus Sarcerius.
Erasmus Snepsius.
Euritius Cordus.
Eutychius Mion, *qui &* Musculus.

APPENDIX.

EADMVNDVS Halen, Hordevolgius, vel Nordovolegius.
Edmundus Gest Anglus.
Edmundus Grindalus Anglus.
Edmundus Bunnius.
Aegidius Hunnius.
Elchanon Pragensis.
Elias Palingenius.
Enodhus Saracenus Genevensis.
Erasmus Alberus.
Erastus Thomas.
Erhardus Schnepsius.
Ernestus Vogelin.
Esaias Heinduhich.
Eusebius Cleberus.

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

ELEMENTA Magica Petri de Abano. *Nisi expurgentur.*

Enchiridion Doctrinę Christianæ Concilij Coloniensis. } *Nisi expurgentur.*
Enchiridion Militiæ Christianæ. *Auctore* Ioanne Iusto Lanspergio, *seu* sine nomine Auctoris, *impressum Compluti.* } *Nisi expurgentur.*

Epitomæ omnium Operum D. Aurelij Augustini *per* Ioannem Piscatorem; *Illa qua impressa sunt, per Ioannem Crispinum.*
Eusebij Candidi, plausus luctificæ Mortis.
Examen Ordinandorum, Ioannis Feri, *nisi sit ex impressis, ab anno* 1587.

Incertorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

ELEMENTA Christiana, ad instituendos pueros.
Enarrationes Epistolarum, & Evangeliorum.
Enchiridion Christianismi.
Enchiridion piarum Precationum.
Epigrammatum Christianæ Sectæ libri duo, ex variis Christianis Poëtis decerpti.
Epistola Apologetica ad sinceriores Christianismi Sectatores, per Phrysiam Orientalem, *&c.*
Epistola Christiana, de Cœna Domini.
Epistola directa ad Pauperem, & Mendicam Ecclesiam Lutheranam.
Epistola de non Apostolicis quorundam Moribus, qui in Apostolorum se, *&c.*
Epistola de Magistris Lovaniensibus.
Epistola Ministri cuiusdam Verbi Dei, de Ecclesiæ Clavibus, Sacramentis, veraque Ministrorum Spiritus electione.
Epistolæ piæ, & Christianæ.
Epistola, & Præfatio in Decalogum.
Epistola Sancto Vlrico adscripta.
In Epistolam ad Timotheum commentaria.
Epitome Belli Papistarum contra Germaniam, *atque* Patriam ipsam, Cæsare Carolo Quinto Duce.
Epitome X Præceptorum, prout quemque Christianum cognoscere decet.
Epitome Ecclesiæ renovatæ.
Epitome Responsionis, ad Martinum Lutherum.
Esdrę Lamentationes Petri.
Esposítione dell'Oratione del Signore in volgare. *Composita* per vn Padre, non nominato.

Evange-

APPENDIX.

F

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

Fortunatus Crellius.
Franciscus Bigot.
Franciscus Burgovius.
Franciscus Davit.
Franciscus Hotromannus.
Franciscus Ionius.
Franciscus Peren.
Franciscus Puccius Filidinus,*falsò vsurpans cognomen Pucciorum.*
Franciscus Rablerius.
Fridericus Beurhusius.
Fridericus Dedekindus.
Fridericus Petri.

Certorum AVCTORVM *Libri Prohibiti.*

FABVLÆ Laurentij Abstemij, & Gilberti Cognati.
Francisci Balduini I. C. Constantinus Magnus, *siue* de Constantini Imperatoris Legibus Ecclesiasticis, *atque* Ciuilibus, Commentaria.
Francisci Franchini, liber Poëmatum.
Francisci Trachelæi Statij Propedeumata Oratoria.
Francisci Zabarellę, Liber de Schismate, *atque* eiusdem libri Præfationes *Argentinæ impressa*, donec expurgentur.
Friderici Frigosij, tractatus de Oratione, de Iustificatione, de Fide, & Operibus; & præfatio in Epistolam Sancti Pauli ad Romanos, *qui tamen falsò illi creditur adscriptus.*
Friderici Furij Ceriolani Valentini Bononia, *siue* de Libris sacris, in vernaculam Linguam convertendis.

APPENDIX.

FABRITII, Liber octauus Epistolarum ad Fridericum Nauseam, *qui est Roberti à Mosham.*
Farrago Poëmatum Leodegarij à Quercu. — *Nisi emendentur.*
Flores Historiarum, *Per* Matthæum Westhmonasteriensem, *editi anno* 1573. *Londini.* — *Nisi emendentur.*
Fratris Francisci de Evia, Præparatio Mortis.
Francisci Georgij Veneti, Harmonia Mundi, & Problemata Sacræ Scripturę. — *Donec expurgentur.*
Francisci Guicciardini Historia. *Latinè reddita per Calium secundum Curionem.* — *Donec expurgentur.*
Francisci Irenici Ettelingiacensis, Germaniæ Exegeseos; *Volumina duodecim.* — *Donec expurgentur.*
Francisci Polygrani, Assertiones quorundam Ecclesiæ Dogmatum. — *Donec expurgentur.*
Francisci Patritij noua de vniversis Philosophia: *nisi fuerit ab Auctore correcta*, & Romæ, *Cum* approbatione R. Magistri Sacri Palatij impressa.

AVCTORVM *incerti nominis*, *Libri Prohibiti.*

FARRAGO Concordantiarum insignium totius Bibliæ.
Fasciculus Rerum Expetendarum, & Fugiendarum.
Forma delle Orationi Ecclesiastiche, & il modo di amministrare i Sacramenti, e di celebrare il santo Matrimonio; *Auctor creditur esse* Calvinus.
Francisci Nocturna Apparitio.
Fundamentum malorum, & bonorum Operum.

APPENDIX.

FASCICVLVS Myrrhæ, *Geneuæ impressus.*
Fidei Christianæ capita, *contra* Papistas.
Fidelis servi subdito infideli responsio; *vna* cum Errorum, & Calumniarum quarumdam examine, quæ continentur in septem Libris, de visibili Ecclesiæ Monarchia, *à* Nicolao Sandero *conscripta.*
Flores Epigrammatum. — *Vbicunque, & quacunque Lingua impressi, donec corrigantur.*
Flores Romani. — *Vbicunque, & quacunque Lingua impressi, donec corrigantur.*
Flores Sanctorum. — *Vbicunque, & quacunque Lingua impressi, donec corrigantur.*
Flores Virtutum. — *Vbicunque, & quacunque Lingua impressi, donec corrigantur.*
Fons Vitæ. — *Vbicunque, & quacunque Lingua impressi, donec corrigantur.*
Formula Missæ Witebergensis.
Formulæ Precum, *seu* agenda, *aut* officia Hæreticorum omnia, quacunque Lingua conscripta.

G

AVCTORES *Primæ Classis.*

GALASIVS Zvvinglij defensor, *vel* Nicolaus Gelasius, Calvini defensor.

Gaspar

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX

AVCTORVM *Incerti nominis*, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

H

Auctores Primæ Classis.

Hierony-

APPENDIX.

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

HENRICI Bebelij *Iustingensis*, Facetiæ, Institutio puerorum; Triumphus Veneris.

Hieronymi Gebuileri, Libri de sacrilegio. *Item* Exhortatio ad sacram Communionem.

Hieronymi Messi Discursus, Proverbia, & Prognostica.

Hieronymi Savonarolæ *Ferrariensis* Sermones, *qui olim in Romano Indice Prohibiti fuere, non legantur, donec iuxta Censuras Patrum Deputatorum emendati prodeant, & sunt hi.*

In Exodum Sermo primus, incipiens; *Domine quid multiplicati*, &c.

Item Sermo secundus, incipiens; *Essendo noi*, &c.

Item Sermo tertius, super, *In exitu Israël*, &c.

Item Sermo sextus, in illud; *Quanto magis opprimebat eos*, &c.

Item Sermo decimus, in illud; *Clamor erga Filiorum Israël*, &c.

Item Sermo in illud; *Respondens Moyses, ait*, &c.

Item Sermo in illud, *Psal. Palpebræ eius interrogant Filios Hominum*, &c.

Item Exhortatio habita ad Populum incipiens; *Havendosi à fare*, &c.

Item in Concionibus per totum annum, Concio VII, super Ruth. cuius initium est; *Lume naturale della ragione*, &c.

Item in Concionibus super Amos, & Zacha-

Zachariam, Concio in illud; *Audite Verbum hoc vaccæ pingues*, &c.

Item in Iob Concio XIV. incipiens; *Beatus vir, qui corripitur à Domino*, &c.

Item in Ezechielem Sermo XXI, in illud; *Dixit Dominus: Audite me, transite per mediam Civitatem*, &c.

Item Sermo XXXII, in illud; *Et post omnes abominationes tuas*, &c.

Item Sermo XII, in illud; *Et factus est Sermo Domini ad me*, &c.

Item Concio tertia in octava Epiphaniæ, incipiens; *Ecce gladius Domini*, &c.

Item Liber inscriptus; *Dialogo della Verità.*

Hippophili Melangei Theologiæ compendium.

Item expositio in Evangelium Sancti Matthæi.

Hirenæi Tripolitani Aphorismi, *ex* Ambrosio, Augustino, & Lactantio.

Hugonis Hugaldi Epistolæ.

APPENDIX.

HADRIANI Barlandi Institutio Hominis Christiani.

Hadriani Damman *Gandavensis* Liber *inscriptus*, Imperij, ac Sacerdotij ornatus. Diversarum item gentium peculiaris vestitus. *Cum* Commentariolo Cæsarum, Pontificúm, ac Sacerdotum.

Henrici Decimatoris *Giffhornensis*, Sylva Vocabulorum, & Phrasium; *cum* solutæ, *tum* ligatæ orationis, &c. *nisi corrigatur.*

Henrici VIII, *Angli*, Liber de Sacramentis, quem conscripsit adversus Lutherum. *Permittitur.*

Henrici Harphij Theologia Mystica, *nisi repurgata fuerit ad Exemplar illius, qua fuit impressa Romæ anno Domini* MDLXXXV.

Hieronymi Serræ Lutheranorum Serræ in Servum arbitrium Liber, *nisi prius corrigatur.*

Historiæ Magdeburgicæ ab Illyrico, & complicibus coacervatæ.

Historia de Schismate Theodorici Niemiensis.

Huldarico Episcopo Augustano Epistola adscripta adversus Nicolaum Papam.

Hypotyposeon Martini Martinez Cantapetrensis Liber, *nisi fuerit ex impresis ab anno* 1582.

AVCTORVM, *incerti nominis Libri Prohibiti.*

HENRICI Quarti Cæsaris Vita.

Historia de Germanorum origine.

Historia de ijs, quæ Ioanni Husso in Constantiensi Concilio evenerunt.

Historia de morte Ioannis Diazij *Hispani*, quem Frater eius germanus interfecit.

APPENDIX.

HEBRÆA, Chaldæa, & Latina, interpretatio Bibliorum; *cum* Indice Roberti Stephani.

Helvetiæ gratulatio ad Galliam, de Henrico huius nominis Quarto, Galliarum, & Navarræ Rege.

Heidelbergensis Theologia, de Cœna Domini.

Historiarum, & Chronicorum Epitome; velut Index usque ad Annum XXXIV.

Historiarum, & Chronicorum totius Mundi Epitome. *Impressa* Basileæ.

Historia Belgica.

Histor. Germaniæ *Francofurti* edita 1584. } *Donec expurgentur.*

Historia Græciæ, *nuper edita.* } *Donec expurgentur.*

Historia Scotorum, *nuper edita.* } *Donec expurgentur.*

Historia Hussitarum.

Historia vera, de rebus Martini Buceri, Pauli Fagij, & Catharinæ Vermyliæ, Petri Martyris vxoris; *vel* sub alio titulo.

Historia de Vita, Obitu, & Sepultura, *&c.* Martini Buceri, & Pauli Fagij, quæ intra annos duodecim in Angliæ Regno accidit.

Hortulus animæ, *nisi corrigatur.*

Hortulus Passionis in ara Altaris Floridus.

Hydromantiæ artis, Opera omnia.

I

AVCTORES *Primæ Classis.*

IACOBVS Bedrotus, Pludentinus.

Iacobus à Burgundia, *ille qui scripsit Apologiam ad Carolum Cæsarem.*

Iacobus Hallis.

Iacobus Imelius.

Iacobus

Ioannes Pyzibram.
Ioannes Pupperus *Gothianus.*
Ioannes Purpurei.
Ioannes Puruey *Anglus.*
Ioannes Rhellicanus *Tigurinus.*
Ioannes Rhodophanta.
Ioannes Ribittus.
Ioannes Rihelius.
Ioannes Rivius *Atthendoriensis.*
Ioannes de Rochefort.
Ioannes de Rochesana.
Ioannes Rogors, *vel* Rochus, *Anglus.*
Ioannes Ruthenus.
Ioannes Sagittarius *Burdegalen.*
Ioannes Sapidus.
Ioannes Sartoris.
Ioannes Scheltling.
Ioannes Schonerus, *Carolostad.*
Ioannes Schopher.
Ioannes Secerius.
Ioannes Sleidanus.
Ioannes Schneppius, *vel* Sneppius.
Ioannes Spangembergius.
Ioannes Spinus.
Ioannes Splendianus.
Ioannes Stappitius, *vel* Staupitius.
Ioannes Srigelius, *vel* Stiphelius.
Ioannes Stolphius.
Ioannes Stuck.
Ioannes Stumpff.
Ioannes Sturmius.
Ioannes Tzapko.
Ioannes Valdesius.
Ioannes Vannius.
Ioanes Veltkirchius, *sive* Velcurio.
Ioannes Wessalia.
Ioannes Westphalus.
Ioannes Wiclephus.
Ioannes Vingandus, *vel* Wigandus.
Ioannes Vijck.
Ioannes Willebrochius *Dantiscanus.*
Ioannes Vithlinglus, *qui &* Brentius.
Ioannes Wolphius *Tigurinus.*
Ioannes de Worden.
Ioannes Zuikhius.
Iob Gast.
Iodochus Coch, *sive* Gocus; *qui &* Iustus Ionas.
Iodocus Willichius.
Ionas, *qui est*, Iodocus Cocus.
Ionas Philologus.
Iosephus Grumpeck.
Iosephus Klup.
Iosias Simlerus, *vel* Similerus.
Islebius.
Iulius Cæsar, *P. Calvini interpres.*
Iulius Dominicus *Caramanius.*
Iulius Mediolanensis, *Apostata.*
Iustus Ionas, *seu* Iodocus Coch, *vel* Goas
Iustus Menius *Isenaten.*

APPENDIX.

IACOBVS Acontius.
Iacobus Anetius, *vel* Ænetius.
Iacobus Andreæ.
Iacobus Andreas Shmidellinus, *vel* Iacobus Shmidellinus.
Iacobus Arrison.
Iacobus Brocardus.
Iacobus Brunicensis.
Iacobus Cornetns.
Iacobus Eisemberg.
Iacobus Frindangus.
Iacobus Grynæus.
Iacobus Heerbrandus.
Iacobus Iusti.
Iacobus Kimedoncius.
Iacobus Kolch.
Iacobus Linctor.
Iacobus Lakern.
Iacobus Palleologus, *vel* Paleologus.
Iacobus Peregrinus.
Iacobus Rungius.
Iacobus Scopperns.
Iacobus Sobius.
Ieremias Pistorins.
Ieremias Hombergerius, *vel* Hocheabergerus.
Ieremias Schaveinglinus.
Illyricus Flaccus.
Imlerus Christophorus.
Immanuel Tremellius.
Innocentius Gentilettus, I. C. Delphinensis.
Ioachimus Bonus.
Ioachimus Guræus.
Ioachimus Gistheil, *vel* Ciptail.
Ioachimus Meisterus.
Ioachimus Staubius.
Ioachimus Stigius.
Ioachimus Vom-Burg.
Ioannes Amplia *Polonus.*
Ioannes Attocianus.
Ioannes Avenarius, *vel* Habermann.
Ioannes Avisinius.
Ioannes Balæus.
Ioannes Belezius.
Ioannes Boeerus *Lubecensis.*
Ioannes Botstyus.
Ioannes Bradfordus.
Ioannes Brandmüllerus.

Ioannes

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

Iuliani

Incertorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

K

AVCTORES *Primæ Classis.*

Certorum AVCTORVM; *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

Incertorum AVCTORVM *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

L

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

Leo Achrydanus.
Leonardus Coxus.
Leonardus Krentzheim.
Leonardus Pellicanus *Rubeaquensis.*
Leonardus Schvveiglinus.
Leonardus Srockelius.
Leonardus Warmondus.
Leonardus Werner.
Lucas Backmeisterus *Luneburgensis.*
Lucas Mainus.
Lucas Ofiander.
Lucas Sternberger *Moravus.*
Ludovicus Berquinus.
Ludovicus Evans.
Ludovicus Helmboldus.
Ludovicus Levatherus, *vel* Lavaterius.
Ludovicus Rabus.
Ludovicus Villebois.

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

LAVRENTII Vallæ de falsa Donatione Constantini.
Item de Libero arbitrio.
Item de Voluptate.

Lælij Capilupi, cento ex Virgilio; *non nisi expurgatus legatur.*

Lucæ Brtini liber inscriptus, *Oraculo della renovatione della Chiesa.*

Luciani Mantuani; Annotationes in Commentum D. Ioannis Chrysostomi in Epistolam ad Romanos.

Luciani Samosatensis, Dialogi; *videlicet*, Mors Peregrini, & Philopatris.

Ludovici, *seu* Laonici Chalcondylæ Athenien. de origine, & rebus gestis Turcarum, libri decem, *Conrado Clauserio interprete*; Cum Annotationibus.

Ludovici Pultij Poëmata; *nempe*, Ode, Sonetti, Canzoni.

APPENDIX.

LAVRENTII Vallæ, Annotationes in Novum Testamentum. *Et* Liber de personis, *contra* Boëtium, *nisi corrigantur.*

Laus Matrimonij, & Congestio bonorum Mulierum, ex diversis Historijs, M. Petri Lesvander.

Lælij Capilupi centones ex Virgilio Romæ, Anno Domini 1590 impressi, *Permittuntur*

Levini Lemnij Medici Zirizei, occulta Naturæ Miracula. } *Donec expungentur.*
Lexicon Simonis Scardij. }

Ludovici Borbonij, *Principis* Condæi Literæ.

Ludovici Carvaiali, dulcoratio amarulentiarum Erasmicæ Responsionis, ad Apologiam eiusdem Ludovici Carvaiali. } *Nisi prius expurgentur.*
Ludovici Castelvetri opera omnia. }

Ludovici Imperatoris nomine liber fictus, *contra* sacras Imagines.

Ludovici Vives Valentini, Annotationes in S. Augustinum, *nisi expurgentur.*

Incertorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

LAMENTATIONES Petri; *Auctore* Esdra.

Lamentatio, & Querimonia M. ffæ.

Liber, *inscriptus*; De auctoritate, officio, & potestate Pastorum Ecclesiasticorum.

Liber *inscriptus*, Augustini, & Hieronymi Theologia.

Liber *inscriptus*, Alcuni importanti luoghi, tradotti fuori del l'Epistole latine di M. Francesco Petrarca, *&c.* Con tre Sonetti suoi, & 18. Stanze del Bernia, avanti il XX Canto, *&c.*

Libellus aureus; *quod Idola*, &c.

Liber, *inscriptus*, Basileensis Ecclesiæ seu Missam, *&c.*

Liber *inscriptus*; Bulla Diaboli, *&c.*

Liber *inscriptus*; Capo finto.

Liber *inscriptus*; de Cœna Dominica.

Liber *inscriptus*, Consilium de emendanda Ecclesia.

Liber *inscriptus*; Consilium Pauli III. datum Imperatori in Belgis. *Cum* Eusebij Pamphili pia explicatione.

Liber *inscriptus*; Delle Commissioni, & Facoltà che Papa Giulio III. hà dato à M. Paolo Odeschalco.

Liber *inscriptus*; De Disciplina Puerorum, rectèque formandis eorum studijs, & moribus.

Liber *inscriptus*; Dottrina verissima tolta dal capitolo quarto a' Romani, per consolare l'afflitte Conscientie.

Liber *inscriptus*; Cur, Ecclesia quatuor Evangelia acceptavit.

APPENDIX.

M

AVCTORES *Primæ Classis.*

Matthæus,

APPENDIX.

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti*.

APPENDIX

Martini

AVCTORVM *Incerti nominis, Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

N

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

Nicolaus

Nicolaus 'Cancerinus.
Nicolaus Coeltanius.
Nicolaus Collado.
Nicolaus Erbenius.
Nicolaus Florus.
Nicolaus Grimoaldus.
Nicolaus Hemmingius, *vel* Keningius.
Nicolaus Iagentouffel, *vel* Tagdentouffel.
Nicolans Lefferus.
Nicolaus Opton.
Nicolaus Rudingerus.
Nicolaus Schmidius.

Certorum AVCTORVM *Libri Prohibiti.*

NICOLAI Clemangis *Opera illa tantummodo permitti poterunt, quæ iuxta Censuras Patrum deputatorum, emendata excudentur.*
Nicolai Franci Carmina, *contra* Petrum Aretinum.
Nicolai Rodingi exhortatio ad Germaniam.
Item Prædictiones *carmine conscripta.*
Nicolai Vinmanni Colymbeses, *sive* de arte Natandi Dialogus.

APPENDIX.

NATALIS Bedæ, Liber Confessionis.
Nilus Thessalonicensis, contra PP. *aliàs* Illyrico suppositus.

Incertorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

NOMENCLATOR insignium Scriptorum.
Notoriæ artis, omnia Opera.
Notæ veræ Ecclesiæ.

APPENDIX.

NARRATIO eorum, quæ contigerunt in patria Inferiori, Anno 1566.
Necromantiæ Opera, & Scripta omnia.
Novæ Glossæ ordinariæ, donec meliora Dominus, *&c.* sive in Evangelium, secundùm Matthæum, Marcum, & Lucam, Commentarij *vbicunque impressi fuerint.*
Novæ Precationes, ex optimis quibusque Scriptis præcipuorum nostri seculi Theologorum.
Index Prohibit. Romanus.



AVCTORES Primæ Classis.

OECOLAMPADIVS Ioannes.
Ortholphus Marolt *Francus.*
Osiander Andreas.
Osvaldus Myconius.
Otho Brunsfeldus.
Otho Cerberus Pabergen.
Otho Henricus.
Otho Vinerius.
Otho Werdmüllerus.
Othonellus Vida.

APPENDIX.

OSIANDER Lucas.
Osvaldus Betus.
Otho Gryphlus, Goarinus Cattus.
Otho Wissenburgius, *sive* Limburgensis.
Otho Zander.
Ovenus Guntherus.

Incertorum AVCTORVM *Libri Prohibiti.*

OGERII *Dani* Fabulæ.
In Ovidij Metamorphoseos Libros Commentaria, *sive* enarrationes Allegoricæ, *vel* Tropologicæ.

APPENDIX.

OLYMPIÆ Fulviæ Moratæ Dialogi, Epistolæ, & Carmina.

Incertorum AVCTORVM *Libri Prohibiti.*

OECONOMIA Christiana.
Onus Ecclesiæ.
Opera divina della Christiana Vita.
Orandi modus.
Orationes Dominicales Gryphij.
Oratio pro Iulio II. Ligure, à quodam bene docto, & Christiano perscripta.

APPENDIX.

OPTIMA ratio componendæ Religionis;

P

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

Rodul-

Theodo-

Certorum AVCTORVM *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

Incertorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

APPENDIX.

V

AVCTORES *Primæ Classis.*

Velcurio

Certorum AVCTORVM, *Libri Prohibiti.*

AVCTORVM *Incerti nominis, Libri Prohibiti.*

APPEN-

APPENDIX.

X

AVCTORES *Primæ Classis.*

Y

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

Z

AVCTORES *Primæ Classis.*

APPENDIX.

FINIS.

Ego F. Paulus Picus Biturgianus, Ordin. Fr. Præd. Sac. Theol. Profess. Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinalium Congregationis Indicis Secretarius. Vniversis præsens Indicis Librorum Prohibitorum impressum transumptum visuris, & lecturis, fidem facio, & in verbo veritatis attestor, collationatum per me, & concordatum fuisse cum proprio Originali, atque per Sanctiss. D. N. Papæ Cursores, in consuetis locis Vrbis, vt moris est, affixum, & publicatum die 27. Martij 1596. In quorum fidem sigillo Illustriss. & Reverendiss. D.D. Cardinalis Veronen. Illud obsignavi, & propria manu subscripsi.

Ita est Secr.



INDEX
DECRETORVM.





ADMONITIO
AD
LECTOREM.



INEM imponit Librorum Prohibitorum Indicibus hic postremus, qui Decretorum nuncupatur, tuo commodo, Benigne Lector. In ipso enim reperies omnia Decreta, quæ vel à Magistro Sac. Palatij, cum ratione Officij sui, tum iussu Sac. Congregationis, vel ab ipsis Sacris Congregationibus Indicis, & S. Officij emanarunt. Id autem necessarium visum est, quia præter Indicem Concilij Tridentini, in quo Libri digesti sunt in Classes, ad huiusmodi Decreta sæpe remitteris, quæ post prædictum Indicem prodierunt. Quia verò aliquot Libri, non Sacrarum Congregationum sanctione, sed summorum Pontificum Constitutionibus damnati sunt; suo loco, & tempore eorum Bullas describi curavimus, quatenus dignoscere possis, lecto primo Indice, qui plenus est, & universalis, è quo fonte omnium Librorum prohibitio dimanet.



DECRETVM I. INDICIS.

Super quorundam MISSALIVM *contra formam* Bullæ PII PAPÆ V. *Impressorum Prohibitione.*



NOS Augustinus Valerius S. Marci de Verona; Simeon Sancti Laurentij in Lucina de Terranova; Hieronymus Bernerius Sanctæ Mariæ super Minervam Asculanus; Marianus Perbenedictus SS. Petri & Marcellini de Camerino; Paulus Sanctæ Cæciliæ Sfondratus; Federicus Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis Borromæus; Cæsar SS. Nerei & Achillei Baronius; Franciscus S. Crucis in Hierusalem de Avila; Pompeius S. Balbinæ Arrigonius; Silvius S. Salvatoris in Lauro Antonianus; Robertus S. Mariæ in via Bellarminus; nuncupati Tituli S. R. E. Presb. Cardinales, à S. D. N. Clemente Divina Providentia Papa VIII. Sanctáque Sede Apostolica super Librorum permissione, prohibitione, expurgatione & impressione in vniversa Republica Christiana specialiter deputati.

Vniversis omnibus, & singulis Christi fidelibus, cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis, aut præeminentiæ, tam in Italia, quàm extra, & vbilibet existentibus, ad quos præsentes Literæ nostræ pervenerint; salutem, & sinceram in Dominò Catholicæ fidei integritatem.

SIGNIFICATVM est sanctiss. D. N. non sine gravi molestia, quod nonnulli Bibliopolæ, Impressores & Typographi, sui loci & muneris obliti, omnesque obedientiæ & modestiæ limites prætergressi, *Missale Romanum* imprimere atque edere & pervulgare ausi sunt, à Romana eiusdem *Missalis* editione diversum ac plurimis in locis immutatum, adversus Decreta & Ordinationes huius Sanctæ Apostolicæ Sedis, ad quam solam pertinet quid in hoc genere observandum sit, præscribere. Nam cum piæ mem. Pius Papa V. *Missale Romanum* ex Decreto Sacri Tridentini Concilij restitutum Romæ edendum curasset, volens futuris incommodis providere, & hominum licentiam coërcere, vt idem *Romanum Missale* incorruptum, & à mendis erroribúsque purgatum præservaretur, decrevit & ordinavit, eidem *Missali* nihil vnquam addendum, detrahendum aut immutandum esse; ipsis verò Impressoribus nominatim disertis verbis & gravibus propositis pœnis, prohibuit ne *Missale* imprimere auderent, nisi impetrata à Commissario Apostolico licentia, & collatione facta cum *Missali* in Vrbe impresso, & attestatione adhibita quod inter se Codices concordarent neque in vllo penitus discreparent; quemadmodum in eiusdem Pij V. Literis, quæ in quovis

Missali ad verbum describuntur, pleniùs continetur. Quæ omnia tam accuratè, & prudenter constituta, satis tamen non fuerunt ad quorundam Impressorum, præsertim in Civitate Venetiarum, intolerabilem audaciam frænandam: nam manum in messem planè alienam per summam temeritatem immitentes, in *Missali Romano* ab eis impresso ab anno 1596. exclusivè & publicè edito, multa pro suo arbitrio addiderunt, detraxerunt & immutarunt, in grave piorum scandalum & Apostolicæ Sedis offensionem, quin etiam & in suorum Principum iniuriam à quibus Privilegia obtinuerunt, non vt quævis *Missalia* prout eis collibuisset impressa divenderent, sed illa tantum, quę *Missale* à Pio V. ex decreto Concil. Trid. editum penitus, vt dictum est, referrent, atque omni ex parte cum eo concordarent. Hanc igitur Impressorum tantam & tam temerariam audaciam graviter, vt par erat, ferens idem Sanctiss. D.N. ne ea impunita remaneret, & vt gravioribus malis & detrimentis aditus præcluderetur, Nobis vivæ vocis oraculo mandavit, vt quantocius super his de opportuno remedio provideremus. Quare inter nos matura deliberatione præhabita, tenore præsentium declaramus, Impressores omnes, qui *Missale Romanum* ex Decreto Concil. Trid. restitutum, & auctoritate fel. record. Pij V. editum, quomodolibet alterare ausi sunt, & præsertim Venetijs, in omnes & singulas censuras & pœnas in eadem Bulla Pij V. contentas incidisse. Decernentes præterea, omnia & singula eiusdem *Missalis* exemplaria sic alterata, præsertim Venetijs apud Iuntas, Sessas, Miserinum, & ad signum Syrenæ, & Europæ, & quoscumque alios ab anno 1596. vt dictum est, vsque in præsentem diem, omnino prohibita esse, neque à quovis Impressore, Bibliopola vel Mercatore publicè aut privatim vendi aut venalia proponi, vel sub quocunque titulo distrahi & transmitti posse, donec aliter per Sedem Apostolicam fuerit ordinatum. Ad quæ inviolabiliter observanda Episcopi, seu locorum Ordinarij, & Inquisitores, sub censuris & pœnis in Bulla Pij V. contentis, alijsque eorum arbitrio imponendis, astringant prædictos Impressores, Bibliopolas & Mercatores. Quoniam verò eorumdem *Missalium* quamplurima Exemplaria distracta sunt per diversas Christiani Orbis Ecclesias; hortamur in Domino omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, locorum Ordinarios, Inquisitores, & Regularium superiores Prælatos, ac quarumcunque Ecclesiarum tam sæcularium quàm regularium administratores, quacumque dignitate Ecclesiastica, seu gradu vel præeminentia fulgentes, vt à præsentium notitia in locis suæ Iurisdictioni subiectis, quanto ocius omnia & singula huiusmodi *Missalium* Exemplaria iam divendita sedulò emendari curent, ad præscriptum Exemplaris sub Pio Quinto primò editi, aut ad eius normam incorruptè, atque exactè impressi; Quibuscumque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem has præsentes nostras literas per Secretarium nostrum fieri fecimus & approbavimus, & in consuetis locis Almæ Vrbis publicari mandavimus, earumque transumptis impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eandem prorsus adhiberi fidem volumus, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Dat. Romæ in Palatio Apostolico, in loco nostræ Congregationis Indicis, die 1. Februarij 1601. Pont. Sanctiss. Domini N. Clementis Papæ VIII. Anno Decimo.*

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium Congregat. Indicis Deputatorum.

Fr. Paulus Picus Ord. Præd. eiusdem Congreg. Secretarius.

II.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

QVONIAM multi hoc tempore, privati etiam homines, prætextu alendæ devotionis, novas quotidie Litanias evulgant, vt jam prope innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ sententiæ, in alijs *(quod gravius est)* periculosæ, & errorem sapientes inveniantur; Sanctiss. D. N. Clemens Papa VIII, pro sollicitu-

sollicitudine sua pastorali providere volens, vt animarum devotio, Deique, ac Sanctorum invocatio, sine vllius detrimenti spiritualis periculo foveatur; præcipit, & mandat, vt retentis antiquissimis, & communibus Litanijs, quæ in Breviarijs, Missalibus Pontificalibus, ac Ritualibus continentur; necnon Litanijs de Beata Virgine, quæ in Sacra Æde Lauretana decantari solent; quicumque alias Litanias edere, vel jam editis, in Ecclesijs, sive Oratorijs, sive Processionibus, vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoscendas, & si opus fuerit corrigendas, mittere teneantur, neque sine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præsumant, sub pœnis (*vltra peccatum*) arbitrio Ordinarij, & Inquisitoris severè infligendis.

Præsens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram prædicto Sanctiss. Domino Nostro, ac Illustriss. & Reverendiss. Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, octavo Idus Septembris, Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi. MDCI.

Quintilianus Adrianus Not.

III.

BVLLA CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Prohibitio Operum CAROLI MOLINÆI.

CLEMENS *Papa* VIII, *ad perpetuam rei memoriam.*

Liber inscriptus; *Apologia Çardinalis Bellarmini pro iure Principum adversus suas ipsius rationes pro auctoritate Papali Principes sæculares in ordine ad bonum spirituale deponendi*; Auctore *Rugero Widdingthono* Catholico Anglo 1601.

Liber inscriptus; Ex responsione Synodali data Basileæ Oratoribus D. Eugenij Papæ IV. in Congregatione generali 3. non. Septembr. 1432. *Pars præcipua, & in eam Commentarius.* Coloniæ, sumptibus Theophili Franci 1612. *absque nomine Auctoris.*

Nicolai Gisneri Orationes de Vita Othonis Tertij & Friderici Secundi Imperatorum, & de Conrado vltimo Sueiæ gentis Principe. Argentorati, apud Lazarum Zetzneri 1608.

Rodulphi Goclenij Physicæ completæ Speculum. Francofurti 1604.

Monita Politica ad Sacri Romani Imperij Principes. Francofurti excudebat Nicolaus Hoffmanus, impensis Petri Kopfij 1609. *Dat.* Romæ *Ann.* 1613.

P. Episc. Albanen. Card. S. Cæciliæ.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 48.

F. Paulus Picus Ord. Præd. Secret.

XIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, viso libro falsò inscripto; *Apologia Cardinalis Bellarmini, pro iure Principum adversus suas ipsius rationes pro auctoritate Papali Principes sæculares in ordine ad bonum spirituale deponendi, Auctore Rugero Widdngthono Catholico Anglo* 1611. eiusdemque Auctoris alio libro inscripto; *Disputatio Theologica de iuramento fidelitatis Sanctissimo Patri Paulo Papæ V. dedicata, Albionopoli* 1613. vtrumque Librum damnandum, atque prohibendum esse censuit. Sicuti de mandato Sanctiss. D. N. D. Pauli Papæ V. præsenti Decreto penitus damnat, & prohibet, quovis idiomate impressum, aut imprimendum: Ac nisi illorum Auctor, qui Catholicum profitetur, quamprimum sese purgaverit, Censuris, ac alijs pœnis Ecclesiasticis intelligat se omnino coërcendum. Mandat autem, quod nullus deinceps cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum Prohibitorum contentis, supradictos Libros audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Et sub ijsdem pœnis præcipit, vt quicunque nunc eos habent, vel habuerint in futurum, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim à præsentis Decreti notitia illos exhibeant. In quorum fidem præsens Decretum manu, & sigillo Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Cardinalis S. Cæciliæ Episcopi Albanen. signatum, & munitum fuit, *die* 16. *Martij* 1614.

P. Episc. Albanen. Card. S. Cæciliæ.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 50.

Fr. Thom. Pallavicinus Ord. Præd. Secr.

XIV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

CVM ab aliquo tempore citra, prodierint in lucem inter alios nonnulli Libri, varias hæreses atque errores continentes, ideo Sacra Congregatio Illustriss. S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, ne ex eorum lectione graviora in dies damna in tota Republica Christiana oriantur, eos omnino damnandos, atque prohibendos esse voluit; sicuti præsenti Decreto penitus damnat & prohibet vbicunque & quovis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, vt nullus deinceps, cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Libro-

rum

rum Prohibitorum contentis, eos audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Et sub ijsdem pœnis quicunque nunc illos habent, vel habuerint in futurum, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus, statim a præsentis Decreti notitia exhibere teneantur. Libri autem sunt infrascripti, videlicet:

Theologiæ Calvinistarum libri tres. *Auctore* Conrado Schlusselburgio.

Scotanus Redivivus, *sive* Commentarius Erotematicus in tres priores Libros Codicis, *&c.*

Gravissimæ quæstionis de Christianarum Ecclesiarum, in Occidentis præsertim partibus, ab Apostolicis temporibus ad nostram vsque ætatem continua successione, & statu historica explicatio. *Auctore* Iacobo Vsserio S. Theologiæ in Dublinensi Academia apud Hibernos Professore.

Friderici Achillis Ducis Wittemberg. Consultatio de Principatu inter Provincias Europæ, habita Tubingę in Illustri Collegio, anno Christi 1613.

Donelli Enucleati, *sive* Commentariorum Hugonis Donelli de Iure Civili in compendium ita redactorum, *&c.*

Et quia etiam ad notitiam præfatæ Sacræ Congregationis pervenit, falsam illam doctrinam Pythagoricam, divinæque Scripturæ omnino adversantem de mobilitate Terræ, & immobilitate Solis, quam Nicolaus Copernicus de revolutionibus orbium cælestium, & Didacus Astunica in Iob etiam docent, jam divulgari, & à multis recipi, sicuti videre est ex quadam epistola impressa cuiusdam Patris Carmelitæ, cui titulus; *Lettera del Rev. Padre Maestro Paolo Antonio Foscarini Carmelitano sopra l'opinione de' Pittagorici, e del Copernico, della mobilità della Terra, e stabilità del Sole; & Il nuovo Pittagorico Sistema del Mondo, in Napoli per Lazzaro Scoriggio* 1615. in qua dictus Pater ostendere conatur, præfatam doctrinam de immobilitate solis in centro Mundi, & mobilitate Terræ, consonam esse veritati, & non adversari Sacræ Scripturæ: Ideò ne vlterius huiusmodi opinio in perniciem Catholicæ veritatis serpat, censuit dictos, Nicolaum Copernicum de Revolutionibus orbium, & Didacum Astunica in Iob suspendendos esse donec corrigantur. Librum verò Patris Pauli Antonij Foscarini Carmelitæ, omnino prohibendum, atque damnandum, aliosque omnes Libros pariter idem docentes, prohibendos, prout præsenti Decreto omnes respectivè prohibet, damnat, atque suspendit. In quorum fidem præsens Decretum manu, & sigillo Illustrissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Sanctę Cæciliæ Episcopi Albanen. signatum, & munitum fuit, *die* 5. *Martij* 1616.

P. Episc. Albanen. Card. Sanct. Cæciliæ.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 90.

F. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Prædicat. Secretarius.

XV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

QVONIAM vltra quamplurimos Libros, tum in Indice communi, tum in diversis particularibus Edictis prohibitos, & damnatos, vti multa temeraria, calumniosa, scandalosa, seditiosa, schismatica, erronea, & hæretica respectiuè continentes, adhuc in dies cum tam maxima Catholicorum pernicie, alij consimiles, contra veritatem, & puritatem Fidei Catholicæ, multiplicentur, & prodeant: Ideo Sacra Congregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, volens pro eius vigilantia, & munere, de opportuno remedio providere, ne ex eorum lectura, Christi fideles erroribus, atque hæresibus inficiantur, & deprauentur, illos quoque prohibendos, atque damnandos esse censuit. Inter quos præcipuè, cum inspexerit, vti perniciosissimos, & innumeris hæresibus, erroribus, blasphemijs, atq; calumnijs scatentes, in lucem produisse infrascriptos, ne graviora in dies damna, in tota Republica Christiana, ex ijs oriantur: eos omnes, in specie omnino damnandos, atque prohibendos

esse voluit, sicuti præsenti Decreto, penitus illos damnat & prohibet, vbicumque, & quovis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, vt nullus deinceps, cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum Prohibitorum contentis, eos audeat imprimere aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Necnon etiam sub ijsdem pœnis præcipiens, vt quicunque nunc illos habent, vel habuerint in futurum, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus, statim à præsentis Decreti notitia, exhibere teneantur. Libri autem sunt *videlicet.*

Conclusionum Civilium, de Successione conventionali, & anomala, Classis prima, Per Bartholomæum Musculum.

Mercurij Gallo-Belgici Sleidano Succenturiati, *sive* Rerum in Gallia & Belgio potissimum, Hispania quoque, Italia, Anglia, Germania, Vngaria, Transilvania, viciniſque Locis ab anno 1555. vsque ad annum 1570. gestarum, Historicæ narrationes continuatæ. *Auctore* M. Gotardo Arthusio Dantiscano.

Adami Theodori Siberi Dialexeon Academicarum, quæ sunt Orationes, Præfationes, Dissertationes, Epistolæ & Carmina.

Rogerij Widdington *Catholici Angli*, ad S. D. Paulum V. Pontificem Maximum humilis supplicatio.

Sextum renata, renovata, ac longè ornatius etiam quàm vnquam antea exculta, Sphinx Theologico Philosophica.

Rerum, & Vrbis Amstelodamensium Historia. *Auctore* Ioa. Isacio Pontano.

Discursus Historico Politicus, in tres sectiones distributus. *Auctore* Henrico Beringero Philireo.

Libellus *cui titulus est*; Marcus Antonius de Dominis Archiepiscopus Spalatensis, suæ profectionis consilium exponens: In quo complures Propositiones, formaliter hæreticæ, erroneæ, schismaticæ, sapientes hæresim, blasphemæ, scandalosæ, & contumeliosæ in Ecclesiam Catholicam Romanam, respectivè continentur.

Et quia in præfato etiam libello, *Author* ait, opus quoddam de Republica Christiana se brevi editurum, quod decem Libris complectitur, & singulorum Librorum materiam, quam in eis tractat, proponit: in quo se docere expresse *asserit plures Propositiones*, quæ cùm manifestè hæreticæ sint; ideò prædictum quoque opus, vbicunque & quovis idiomate, sive iam impressum, sive imprimendum, præsenti Decreto prohibetur.

In quorum fidem, manu, & sigillo Illustrissimi, & Reverendiss. D. Cardinalis S. Ceciliæ Episcopi Albanen. præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Die duodecima Novembris*, MDCXVI.

P. Episc. Albanen. Card. S. Cæciliæ.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 110.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Secret.

XVI.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

CVM præter alios Libros Prohibitos, & Damnatos, in lucem quoque prodierint infrascripti, innumeris hæresibus, erroribus, atque calumnijs scatentes; Sacra Congregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, decrevit illos etiam omnino esse prohibendos, atque damnandos; sicuti præsenti Decreto eos penitùs damnat, & prohibet, vbicunque, & quovis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, vt nullus deinceps cuiuscumque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum prohibitorum contentis, eos audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Necnon etiam sub ijsdem pœnis præcipiens, vt quicumque nunc illos habent, vel habuerint

buerint, in futurum; eos locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus, statim à præsentis Decreti notitia, exhibere teneantur. Libri autem sunt, *videlicet.*

Georgij Cassandri Belgæ Theologi, Imp. Ferdinando Primo, & Maximiliano Secundo à Consiliis, Opera quæ reperiri potuerunt omnia. Epistolæ 117. & Colloquia duo cum Anabaptistis. *Parisiis* 1616. Licet Author in Indice sit inter Authores primæ Classis prohibitus.

Supplication; & Requeste à l'Empereur, aus Roys, Princes, Estats, Republiques & Magistrats Chrestiens, sur les causes d'assembler vn Concile general contre Paul Cinquieme, dressée *par* Nicolas de Morbais.

Theatrum Historicum, *sive* Promptuarium illustrium Exemplorum, *&c.* Initio ab Andrea Hondorfio conscriptum. Iam vero labore, & industria Philippi Loniceri, *&c.* Latinitate donatum, multisque in locis auctum, & illustratum.

Sessanta Salmi di David, tradotti in Rime volgari Italiane, secondo la verità del Testo Hebreo. *Col* Cantico di Simeone, i dieci Commandamenti della Legge. Ogni cosa insieme *col* Canto.

Theologorum quorundam in Electoratu Saxoniæ Epistola invitatoria ad vniversos Dominos Theologos, & Ecclesiarum Evangelicarum Ministros, tum in inclyta Germania, tum alijs quoque in Regnis, & Provincijs, de Iubileo Lutherano, circa finem Octobris, & initium Novembris, solemniter celebrando, amicè conscripta.

Liber *cui titulus*; Deus, & Rex. *Londini impressus* 1615.

Papatus Romanus; liber de origine, progressu, atque extinctione ipsius. *Londini ex officina Nortoniana, apud Ioannem Bellum* 1607.

Et licet etiam aliàs dictæ Congregationis Decreto prohibitum fuerit opus de Republica Ecclesiastica, *sive* tunc impressum *sive* imprimendum, Marci Antonij de Dominis, tamen quia nuper eius prima pars in lucem prodijt, quatuor Libros continens, quamplurimis hæresibus, erroribus, atque calumnijs referta: ideò denuo quoque huiusmodi opus prohibetur. *Cui titulus*; De Republica Ecclesiastica Libri decem. *Authore* Marco Antonio de Dominis Archiepiscopo Spalatensi.

Atque etiam prohibitus declaratur eiusdem Authoris Libellus, in quo suæ professionis consilium exponit, sub hoc alio titulo denuò impressus, *videlicet.*

Epistola Marci Antonij de Dominis Archiepiscopi Spalatensis, ad Episcopos Ecclesiæ Christianæ conscripta, in qua causas discessus à suo Episcopatu exponit. *Campidoni*, 1617.

P. Episc. Albanen. Cardinalis S. Cæciliæ.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 121.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Secret.

XVII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Illustrissimorum DD. S.R.E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, 18. Maij 1618. omnes infrascriptos Libros damnandos atque prohibendos esse censuit. Sicuti præsenti Decreto penitus eos damnat & prohibet vbicunque & quouis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans vt nullus deinceps cuiuscumque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino & in Indice Librorum Prohibitorum contentis eos audeat imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Necnon etiam sub ijsdem pœnis præcipiens, vt quicunque nunc illos habent, vel habuerint in futurum, eos locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus, statim a præsentis Decreti notitia, exhibere teneantur. Libri autem sunt, *videlicet.*

Helfrici Vlrici Hunnij I.C. in Academia Giessena Professoris Ordinarij, De interpretatione, & authoritate Iuris, Libri duo.

Liber

Liber sine nomine Authoris impressus, *cui Titulus* Scogli del Christiano naufragio, quali và scoptendo la Santa Chiesa di Christo alli suoi diletti figliuoli, perche da quelli possano allontanarsi.

Instruttione a'Prencipi della maniera, con la quale si gouernano li Padri Giesuiti, *fatta da Persona religiosa, & totalmente spaßionata.*

Defensio tractationis de diversis Ministrorum Evangelij gradibus, ab Hadriano Saravia editæ, *contra* Responsionem Theodori Bezæ: *eodem* Hadriano Saravia *Authore.*

Appendix necessaria syntagmatis Arcanorum Chimicorum, Andreæ Libavij.

Epimetron Auctarium Thesauri Aphorismorum Politicorum, *hoc est*, Quæstionum Politicarum, *seu*, de administrandæ Reipublicæ ratione, Libri tres, absque nomine Authoris.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustrissimi, & Reverendiss. D. Cardinalis Bellarmini præsens Decretum signatum, & munitum fuit, *die* 18 *Maij* 1618.

Robertus Cardinalis Bellarminus.

Locus † sigilli.

Regist. fol, 137.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

XVIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

Sacra Congregatio, &c. Vt in Decreto præcedenti. Libri autem sunt. *Videlicet*,

CVNRADI Rittershusij Differentiarum Iuris Ciuilis, & Canonici, *seu* Pontificij. Libri septem.

Eiusdem Liber, cui titulus. Ius Iustinianæum, *hoc est*, Nouellarum Imp. Iustiniani Aug. Expositio Methodica.

Fioretti spirituali di Fr. Gio. Paolo Fercella Caualliere di Santo Spirito di Roma.

Heinrici Breulæi Lichtenaviensis, De renunciandi recepto more, modoque, *&c.*

Io. Isaaci Pontani Originum Francicarum. Libri sex.

Ioannis Keppleri. Epitome Astronomiæ Copernicanæ.

Liber absque nomine Authoris. *Cui titulus*; Repetitione delli principali capi della Dottrina Christiana, cauati dalla Sacra Scrittura, *&c.*

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinalis Bellarmini præsens Decretum signatum, & munitum fuit, *die* 10. *Maij* 1619.

Robertus Cardinalis Bellarminus.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 159.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

XIX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

INFRA scriptos Libros quamplurimos erroribus, atque hæresibus scatentes, Sac. Congregatio Illustriss. D D. S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, præsenti Decreto damnat omnes, ac prohibet, vbicunque, & quovis idiomate impressos, *aut* imprimendos. Mandans, vt nullus deinceps cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, eos audeat imprimere, *aut* imprimi curare, *vel* quomodocumque apud se retinere, *aut* legere. Necnon etiam sub

ijsdem

iisdem pœnis præcipiens, vt quicumque nunc illos habent, *vel* habuerint in futurum, eos locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus, statim à præsentis Decreti notitia exhibere teneantur.

Aulicus Politicus, diversis Regulis, & Definitionibus selectis instructus, ante multos annos sub nomine, Duri de Pasculo ablegatus, *&c.* Francofurti 1615.

Bernardi Zieritzij *Brandeburgensis*; De Principum inter ipsos dignitatis prærogatiua, Commentatiuncula.

Christophori Besoldi *Tubicensis* I. C. Disputationum Nomicopoliticarum Libri tres.

Eiusdem, De Iurisdictione Imperij Rom. Discursus.

Disputatio Theologica De Ecclesiæ Romanæ Idololatria. *impressus Geneva* 1619.

Dominici Arumei Discursus Academici de Iure publico, in quibus de Imperatoribus, Regis Romanorum electione, & potestate, Electorum origine *&c.* tractatur.

Ernesti Gotmanni Commentarius in Librum primum Codicis Iustiniani.

Hermanni Latheri I.V.D. Husani. De Censu. *Tractatus Nomicopoliticus.*

Iacobi *Regis* Angliæ, Meditatio in Orationem Dominicam.

Iconica, & Historica descriptio præcipuorum Heresiarcharum, qui ab Ecclesia Catholica, & Christiana, vt Sectarij, ac Phanatici excommunicati reiectique sunt: in qua eorum dogmata non minus, quàm vitæ initium, & finis, breuiter perstringuntur, Cuiusmodi ante hac nunquam, sed nunc primùm in lucem prodit. Per C. V. S. Impressus Arnhemij 1609.

Ioannis Althusii I. V. D. Politica methodicè digesta, Exemplis sacris, & profanis illustrata.

Eiusdem, De Vtilitate, Necessitate, & antiquitate Scholarum. Admonitio panegyrica.

Ioannis Scholij Praxis Logica *siue* Scholæ, & Exercitationes Dialecticæ.

Iudicium Synodi Nationalis Reformatarum Ecclesiarum Belgicarum, *habita Dordrechti ann.* 1618. *&* 1619.

Nicolai Groderi Amphitheatrum Mortis maturæ, Sortis duræ.

Petri Ærodij De Patrio Iure.

Reuision du Concile de Trente, *contenant* les Nullitez, *&c.* Liber Galliè conscriptus.

Sorex primus, oras chartarum primi Libri de republica Ecclesiastica D. Archiepiscopi Spalatensis corrodens, Leonardus Marlus Theologaster Coloniensis, à Daniele Lohero Burgundo Laudonensi, eiusdem Spalatensis Amanuensi, in muscipula captus, & eiusdem Scalpello confossus.

Wenceslai Budovvez Circulus Horologij Lunaris, & Solaris.

Conradi Schlusselburgij Opera omnia.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinalis Bellarmini, præsens Decretum signatum, & munitum fuit, *die* 22. *Octobris* 1619.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secretarius.

XX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

LIBROS omnes infrascriptos varias hæreses, atque errores continentes, Sac. Cong. Illustriss. DD. S.R.E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum; ne ex eorum lectione in perniciem reipublicæ Christianæ Fideles inficiantur, ac depraventur, præsenti Decreto penitùs damnat, ac prohibet vbicunq; & quouis idiomate impressos aut imprimendos. Mandans sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, vt nullus in posterum cuiuscunque gradus & conditionis eos imprimere, *aut* legere, vel, quomodocunque apud se detinere audeat. Et quicunque illos habuerit, statim à præsentis Decreti notitia, locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus exhibere eos teneatur.

Libri autem sunt, *videlicet*.

Acles Disputationum Politicarum methodicè instructa, *&c.* Auctore M. Reinhardo Marpurgensi Hasso.

Basilij Monneri *Tractatus duo*. I. de Matrimonio. II. de Clandestinis Coniugiis.

Georgij Dousæ, De Itinere suo Constantinopolitano, Epistola.

Historia del Concilio Tridentino, *&c.* di Pietro Soave Polano. *Editus in lucem* per Marcum Antonium de Dominis Archiepisc. olim Spalat. *Cum* Eiusdem Præfatione & Dedicatoria.

Iacobi Bornitij *Torgensis* Tractatus duo, I. de Maiestate Politica, & summo Imperio, eiusque functionibus. II. De Præmiis in Republica decernendis, déque eorum generibus, differentiis & mutationibus.

De natura Iurium Maiestatis, & Regalium explicatio. Matthiæ Bortij *Wismari-Megap*

Libellus inscriptus, Due Prediche Catholiche; vna delle Opere buone; l'altra della Giustificatione dell'Huomo con Dio; Predicate nell' Imperial Palazzo di Praga, dal Reu. Padre P. Suero.

Tractatus de Salomonis Nuptiis; *vel* Epithalamium, in Nuptias inter Fredericum V, *Comitem* Palatinum, *&c.* & Elisabetham Iacobi Britanniæ *Regis*, &c. Filiam vnicam.

M. Thomæ Sagittarij Epistolica institutio, *seu* de Conscribendis Epistolis, Tractatus.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Bellarmini præsens Decretum signatum, & munitum fuit, *die* 22. *Nouembris* 1619.

Robertus Card. Bellarminus.

Locus † sigilli.

Fr. Franc. Magdalenus Capiferreus, Ord. Præd. Secretarius.

XXI.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

QVANQVAM scripta Nicolai Copernici nobilis Astrologi, de Mundi Revolutionibus, prorsus prohibenda esse Patres Sacræ Congregationis Indicis censuerunt, ea ratione, quia principia de situ & motu terreni globi, Sacræ Scripturæ, eiusque veræ, & catholicæ interpretationi repugnantia (*quod in homine Christiano minimè tolerandum est*,) non per hypothesim tractare, sed verissima adstruere non dubitat: Nihilominus, quia in iis multa sunt Reipublicæ vtilissima; vnanimi consensu in eam iuerunt sententiam; vt Copernici opera ad hanc vsque diem impressa, permittenda essent, prout permiserunt; iis tamen correctis, iuxta subiectam emendationem, locis in quibus, non ex hypothesi, sed asserendo, de situ & motu terræ disputat. Quia verò deinceps imprimendi erunt; nonnisi prædictis locis, vt sequitur, emendatis, & huiusmodi correctione præfixa Copernici præfationi, permittuntur.

Locorum, quæ in Copernici Libris visa sunt correctione digna, emendatio.

In præfatione circa finem. Ibi (*si fortasse*) dele omnia vsque ad verba: *hi nostri labores*; & sic accommoda; *cæterum hi nostri labores*.

In cap. 1. lib 1. pag. 6. Ibi (*si tamen attentius*) corrige. *Si tamen attentius rem consideremus, nihil refert terram in medio mundi, vel extra medium existere, quoad saluandas cælestium motuum apparentias: omnis enim*, &c.

In cap. 8. *eiusdem* Lib. Totum hoc caput posset expungi: quia ex professo tractat de veritate motus Terræ, dum soluit veterum rationes probantes eius quietem: cum tamen problematicè semper videatur loqui, vt studiosis satisfiat, & series & ordo Libri integer maneat, emendetur ut infra.

Primo pag. 6. dele versiculum (*cur ergo*) vsque ad verbum (*prouehimur*) locusque ita corrigatur: *Cur ergo non possumus mobilitatem illi formæ suæ concedere, magisque quod totus labatur mundus, cuius finis ignoratur, scirique nequit, & quæ apparent in cælo proinde se habere*,

habere, ac si diceret Virgilianus Æneas, &c.

Secundo, pag. 7. vers. (*addo*) corrigatur in hunc modum, *Addo etiam difficilius non esse contento & locato, quod est Terra. motum adscribere, quàm continenti.*

Tertiò, ead. pag in fin. cap. vers. *vides*, delendus est usque ad finem capitis.

In cap. 9. pag. 7. Principium huius capitis vsque ad versiculum (*quod enim*) ita corrige. *Cum igitur terram moueri assumpserim, videndum nunc arbitror, an etiam illi plures possint conuenire motus, quod enim*, &c.

In cap. 10. pag. 9. Versiculum (*proinde*) corrige sic, *proinde non pudet nos assumere*. Et paulò infra ibi (*hoc potius in mobilitate Terra verificari*) corrige, *hoc consequenter in mobilitate Terra verificari.*

Pag. 10. in fin. cap. dele illa verba postrema (*tanta nimirum est diuina hac D. O. M. fabrica*)

In cap. 11. Titulus capitis accommodetur hoc modo. *De hypothesi triplicis motus Terra, eiusque demonstratione.*

In lib. 4. cap. 20. pag. 122. In titulo capitis dele verba (*horum trium syderum*) Dat. Romæ 1620.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Sacræ Congreg. Indicis Secret.

XXII.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V. die 12. Iunij, Anno à Natiuitate Domini Nostri IESV Christi, M. DC. XX.

In generali Congregatione S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram Sanctissimo D. Nostro PAVLO *Diuina Prouidentia Papa* QVINTO.

SANCTISSIMVS D. N. Paulus, Diuina prouidentia Papa Quintus, vt erroribus, qui in Librorum Impressione obrepere, & committi solent via penitus occludatur, opportuno remedio prouidere volens, inhærendo Sac. Concilio Lateranen. sub Leone Decimo, sess. 10. Et regulis Indicis Librorum Prohibitorum iussu Concilij Tridentini editi à fel. rec. Pio Quarto, & deinde à Clemente Octauo Summis Pontificibus prædecessoribus suis approbatis, & confirmatis; re etiam cum Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus Congregationis S. Officij communicata, & maturè perpensa, motu proprio, ex certa scientia, & mora deliberatione, declarauit & decreuit, vt non solum in hac Alma Vrbe Roma à Vicario Sanctitatis Suæ, & à Magistro Sacri Palatij Apostolici iuxta eiusdem Concilij Decretum, omnes Libri, & quæcunque aliæ Scripturæ imprimendæ examinati, & approbari debeant antequam imprimantur, sed etiam in tota Romana Prouincia huiusmodi examinatio, & approbatio accuratè fiat ab Episcopo loci impressionis, vel alio de eiusdem Episcopi mandato, ac ab eodem Sacri Palatij Apostolici Magistro ad id specialiter deputato à prædicta Congregatione Sancti Officij, ad quem simul, & ad Episcopos locorum eiusdem Romanæ Prouinciæ in quibus non sunt Inquisitores, Sanctitas Sua totum hoc impressionis Librorum, & aliarum Scripturarum negotium in eadem Prouincia Romana spectare voluit, & declarauit. Mandans insuper Sanctitas Sua, vt eadem Sacra Congregatio in dicta Romana Prouincia omnia, & singula in prædictis Indicis regulis contenta, exactè obseruari curet, & faciat. Inhibens propterea Vniuersis, & singulis Librorum Impressoribus, ac Bibliopolis sub Censuris, & pœnis in dicta Constitutione fel. record. Leonis X. & in prædictis regulis Indicis contentis, eo ipso absque vlla declaratione incurrendis, aliisque arbitrio eiusdem Sacræ Congregationis, etiam corporis afflictiuis pœnis, ne in dicta Prouincia Romana Libros, & Scripturas, antequam ab Episcopo loci, seu alio de eiusdem Episcopi mandato, & præterea à prædicto Sacri Palatij Apostolici Magistro

 examinatæ,

examinatæ, & approbatæ fuerint, quoque modo imprimere, *aut* venales habere, seu proponere audeant, *vel* præsumant; in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscunque. Et ita mandauit perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit quod præsens Decretum, *seu* illius Exempla ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant perinde, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent; quodque præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, *vel* ostensæ.

Andreas de Pettinis Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

XXIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

LIBROS omnes infrascriptos continentes varias hæreses, atque errores. S. Congreg. Illustriss. DD. S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, præsenti Decreto damnat, ac prohibet. Mandans singulis cuiuscunque gradus, & conditionis sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis, vt eos in posterum imprimere, legere, *vel* quomodocunque apud se detinere, minimè audeant: sed illos omnes si habuerint, statim à præsentis Decreti notitia, locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus exhibere teneantur.

Andreæ Claudij, Ad Illustr. Tit. Digest. & Codicis; De conditione, ob Turpem, *vel* iniustam causam, Commentarius.

Annotationes Latinæ, quæ sunt in fine Octaui Tomi Operum S. Ioannis Chrysost. Idiomate Græco in Anglia impressorum.

Ansaldi Cebà Historia Hester, *metricè conscripta*. Suspensa.

L'Anti-Cotone.

Libellus quamplurimis conspersus erroribus ignoti cuiusdam Antonij Posseuini, *non* quidem illius è Societate Iesu, *nec* alterius Antonij Iunioris eius Nepotis, *cui titulus:* Lettera di Antonio Posseuino, nella quale si sforza di prouare che i Libri, che si leggono di sotto il nome di Dionygi Areopagita, siano di quello che fu discepolo di S. Paolo: Con la refutatione delle sue ragioni.

Appellatio Thomæ Præstonis, & Thomæ Grænei Anglorum, ab Illustrissimis Cardinalibus ad Indicem Deputatis, ad Papam.

Bernardini Corij Historia Mediolanen. *Non permittatur nisi correcta.*

Cælij Malespinæi Nonellæ.

Christophori Besoldi Templum Iustitiæ, *siue* de addiscenda, & exercenda Iurisprudentia, Dissertatio.

Chronicon Portense, duobus Libris distinctum, *&c.* Opera, & studio M. Iustini Pertuchij *Tenstadiensis.*

Cyriaci Herdensiani de Periurio, eiusque differentijs, & effectibus, repetitio.

Claudij Rhangolij *Ordinis Minimorum*: Commentaria in Libros Regum.

Collegium Politico-Iuridicum, *continens* omnium generalium Politicarum materiarum breuem, methodicam, & perspicuam Propositionem, *&c.* Proponente, & Præsidente, Io. Henslero.

Liber cui titulus; Confessione di Fede Cattolica & Apostolica, fatta di commun' accordo, secondo la dottrina dell'Euangelio di Nostro Sig. GIESV Christo: *Aggiontoui* vn *breue* Discorso della vtilità di leggere, & studiare la Scrittura, in questi vltimi miserabili Tempi, oue siamo.

Conradi à Liechtenau, *Abbatis Vrspergensis*, Chronicon *Argentorati impressum.* Prohibitæ omnes eius impressiones, *Etiam* noua hæc Argentorati habita. Nisi inde amotis duabus Epistolis in laudem Hæreticorum. Paralipomenon iam antea prohibitum, & aliis

aliis postillis, atque additionibus huic nouæ impressioni insertæ 1609.

Dialogo di Giacopo Riccamati *Ossanense*: Interlocutori il Riccamati, & il Mutio D.

Liber inscriptus; Disputatio de Idololatrico Corporis Christi Festo.

Dominici Baudii, Poëmatum noua editio. *Lugduni* 1616.

Duo volumina Disputationum selectiorum inauguralium, ex difficillimis Iurium materiis desumptarum; à quibusdam Candidatis in Basileensium Academia publicè propositarum.

Epistola Encharij Martini *Budissino-Lusatij* ad Matthiam Comitem Laterancn.

Liber Gallicè conscriptus; Antithese des faits de Iesus Christ, & du Pape. Imprimè à Romo, l'an du grand Iubilé 1600.

Lettera di Giouanni Auenrrot al Potentissimo Rè di Spagna, nella quale si dichiara il misterio della Guerra delle XVII. Prouincie del Paëse-Basso: Quæ etiam sub idiomate Hispano circumfertur.

Folium quoddam, *cui titulus*; Vn gran Gibileo, vna generale perdonanza, & assolura remissione de' peccati, per proprio moto concedura dalla Santità di N.S. e Sommo Pontefice ad ogni buono e fedel Cattolico, senza obligo di mouersi di casa, e con ordine che sia publicata, da tutti i Vescoui, e Pastori di Chiese. Data nella suprema Corte del Paradiso, insin dalla origine del Mondo. Con privilegio perpetuo.

Elfrici Vlrici Hunnij I. C. in Academia Giessena Professoris ordinarij: Variarum Resolutionum Iuris Civilis Libri IV. *Et* omnia eius Opera.

Henningi Arnisæi *Halberstadiensis* de subiectione, & exemptione Clericorum; *Item* de Potestare temporali Pontificis in Principes: *Et denique* de Translatione Imperij Rom. Commentaria Politica.

Eiusdem opus inscriptum, De Doctrina Politica in genuinam methodum, quæ est Aristorelis reducta, ex probatissimis, *&c.* Francofurti 1596. impressum.

Hieronymi Schurph, Consiliorum *seu* Responsorum Iuris, Centuria prima. *Francofurti impressa* 1612.

Iacobi Regis Angliæ, Meditatio in Cap. XXVII. Euangelij S. Matthæi, *siue* Hypotyposis inaugurationis Regiæ.

Indices, & Syllabi omnes particulares, extra Vrbem absque authoritate, & approbatione Sacræ Indicis Congregationis impressi, post Indicem communem Sacri Concilij Tridentini, Pij Quarti authoritate editum, postea verò à Sixto Quinto auctum, & tandem iussu Clementis Octaui recognitum, & publicatum.

Libellus cui titulus; Indulgenze, e gratie della Sacra Religione della Merce della Redentione de' Cattiui. *Suspensa, donec corrigatur.*

Liber inscriptus. Informatione reale delle false Apparitioni, e Miracoli della Madonna di Trani, di S.Carlo Borromeo, e del Beato Aluigi, destinata alla publica vtilità, & opposta al commun' errore.

Ioannis Althusij I. C. Dicæologicæ Libri tres, totum & vniversum ius quo vtuntur methodicè complectentes.

Lucæ Belli Commento sopra il Conuito di Platone, *donec corrigatur.*

Macchiavellizatio, qua Vnitorum animos dissociare nitentibus, respondetur.

Liber inscriptus: Manuale Catholicorum, *seu* breve Compendium veræ antiquissimæ, & Catholicæ doctrinæ, in quo præcipua Christianæ Religionis capita, *ex* solo Dei verbo perspicuè explicantur.

Manuale Rerum Admirabilium, & Abstrusarum; continens venerandæ antiquitatis Assyriorum, Chaldæorum, Persarum, Ægyptiorum, Arabum, & Græcorum Philosophorum, & Medicorum, Regum, & Principum, Gentilium, & Plebeiorum Philosophica, & Medica principia. Edita per *D. Godfrid. Smoll.*

Predica fatta da Monsig. Marc'Antonio De Dominis la prima Domenica dell' Advento. *Quæ postea etiam falso asseritur impressa fuisse, cum privilegio*: *Romæ apud Io. Paulum* 1618.

Atque etiam prohibitus iterum declaratur, Libellus suæ Profectionis, denuo ab ipso vulgari idiomate impressus, *sub titulo*; Manifesto di Monsignor Marc Antonio de Dominis, per la sua partita d'Italia.

Et eiusdem. De Republica Christiana Pars II. continens Librum V. & VI.

 Sicut,

Sicut, & omnia eius Opera, tum edita, tum edenda. Vbicunque, & in quouis idiomate.

Martini VVeintikij. De ortu Monstrorum. Commentarius. *Suspensus donec corrigatur.*

Liber, cui titulus; Della Hebraica Medaglia, detta Maghen David, & Abraham. Dichiaratione di Don Angelo Gabriello Anguisciola. *Sicut etiam prohibua declaratur omnis huiusmodi Medalia, quæ circumfertur: & mandatur à quolibet eam habenti, Sancto Officio statim deferri.*

Nec non etiam prohibetur, Quoddam impressum folium super ea, *cui titulus*, Maghen Dauid, & Abraham, Breue discorso, e compendiosa essaminatione della natura, e proprierà di questa antichissima Medaglia, Estratto dal Libro sopra ciò, di Don Angelo Gabrielle Anguisciola.

Monita priuata Societatis Iesu. *Nottobrigiæ* 1612. Sine nomine Auctoris.

Liber inscriptus; Vera Narratione del Massacro de gli Euangelici, fatto da Papisti, ribelli, nella maggior parte della Valtellina, nell'Anno 1620. adì 9. di Luglio:

Prattica de' Casi di coscienza, ouero Specchio de' Confessori del Reu. Padre Fr. Nicodemo di Firenze Min. Osseruante di S. Francesco. *Suspensa, donec corrigatur.*

Liber, cui titulus, Nomenclator præcipuorum iam inde à nato Christo Ecclesiæ Doctorum, Scriptorum, Professorum, &c. Cui accesserunt concinna series Romanorum Pontificum, atque Imperatorum, & Catalogus præcipuorum Conciliorum, &c.

Oratio quædam Parrhesiastica, qua auxilia à Rege, & Principibus Vngariæ petuntur, in Comitiis Neosoliensibus habita.

Pallas Rhetica Armata, & Togata. *Authore* Fortunato Sprechero.

Liber in idiomate vulgari denuo editus, sub titulo; Pasquino in estasi, *qui iam in Indice Clementis Octaui, prohibitus extat sub titulo Pasquilli Estatici.*

Philippi Mornæi, Opus de Sacra Eucharistia in quatuor Libros distinctum, in quo, eius institutio, celebratio doctrina in primitiua Ecclesia quæ fuerit, & Missa quando, quomodo, quibus gradibus in ipsius locum primum irrepserit, demum & inuaserit, sigillatim explicatur: Sicut & alia etiam omnia eius Opera.

Ranutii Cheri, Delitiæ centum Poëtarum Gallorum.

Regnerij Sixtini Gassellensis, de Regalibus.

Liber, cui titulus, Reuelatio Consiliorum, quæ initio Synodi Tridentinæ, inter Pontificem cæterosque Principes, & Status Pontificios, contra veros, & liberos *Orbis* Christiani Reges, Principes, & Ordines sunt inita.

Rodulphi Goclenij, Tractatus nouus De Magnetica Vulnerum curatione.

Il salmista di Dauid, secondo la Bibbia; con la virtù di detti Salmi, appropriata per la salute dell'anima, & del corpo, e della sustanza di questo Mondo.

Liber, cui titulus; Nescimus quid Vesper serus vehat; Satyra Menippæa.

Sententia de Diuina Prædestinatione, & annexis ei capitibus, quam Synodus Dordrechtana in Ecclesijs Reformatis receptam esse iudicat.

Sibylla Trig. Andriana, *seu* de Virginitate, Virginum statu & iure.

Liber falsò adscriptus, Simoni Maiolo Episcopo Vulturariensi, *cui titulus*, Colloquiorum siue dierum Canicularium, Tomus secundus; *Suspensus, donec corrigatur.*

Simonis Vigorij Apologia.

Synodi Dordracenæ, & eorum qui illi præfuerunt in Belgij Remonstrantes, quos vocant, crudelis iniquitas exposita; *prohibetur etiam, sicut ipsa* Synodus Dordracena.

Iudicium Synodi Nationalis Reformatarum Ecclesiarum habitæ Dordrechti *Anno* 1618. & 1619. Cui subiectæ sunt Sententiæ, Edicta, Iudicia, ab Ord. General Belg. & Synod. Nation. lata in publicæ pacis, & Ecclesiarum Reformatarum perturbatores.

Synopsis Historiæ Vniuersalis ab origine Mundi per IV. Summa Imperia (quæ *Monarchias appellant*) ad præsens tempus deducta: à Christophoro Heluico SS. litter. & Hebr. Professore.

Speculum Aulicarum, atque Politicarum Obseruationum. Libri octo.

Ven. P. Stephani d'Alvin, de potestate Episcoporum, Abbatum, aliorumque, Prælatorum Tractatus, *suspensus donec corrigatur.*

Tarrei

Tatrei Hebi, Iudicium in Amphitheatrum Setiotum locorum

Theologia Germaoica ex Germanico translata, Ioanoe Theophilo interprete, absq; nomioe Authotis. Quæ sub alio etiam titulo circumfertur, *videlicet.*

Theologia Mistica, à Pio quodam Ordiois Dominorum Teutonicorum Sacerdote ducentis circiter ab hioc annis Germanicè conscripta, & à Ioaooe Theophilo in Latinum translata; *Lugduni* 1580.

Theophili Eugeoij Protocatastasis, *seu* prima Societatis Iesu institutio restauraoda.

Thomæ Dempsteri de Antiquitate Romanorum, *donec corrigatur.*

Liber cui titulus; Delle Turbulenze della Francia, in Vita del Rè Henrico il Grande, d'Alessandro Campiglia, *donec corrigatur.*

Valeotini Arithmæi *Lignitio Silesij*, Periculum Academicum; *id est* Disceptatiooum Legalium Partus.

Liber cui titulus; Xenium ad Catholicos Anglos, *sive* brevis, & dilucida explicatio novi Iuramenti Fidelitatis: *Auctore* E. I. Theologo; vt Anglorum Catholicorum conscientiæ plenius instruantur & tranquillentur, circa Iuramentum Fidelitatis.

Zaccharíæ Fridenreich Politicorum Liber.

In quorum fidem, manu, & sigillo Illustrissimi, & Reuerendiss. D. Cardinalis Beuilaquæ præsens Decretum signatum, & muoitum fuit. *Die* 16. *Martij* MDCXXI.

Bonifacius Cardinalis Beuilaqua.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Secret.

XXIV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Illustrissimorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium ad Indicem Deputatorum, viso Decreta, super prohibitione facienda omnium Collectionum, Declarationum, Decisionum, ac Interpretationum Congregationis Concilij, tam impressorum, quam imprimendorum, infrascripti tenoris, videlicet:

Cum nuper Sacra Congregationi Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum innotuerit, volumina Declarationum, ementito ipsius Congregationis nomine prodiisse in lucem, quæ tamen in tenebris delituisse consultius fuisset; quando nedum vndique scatent erroribus, sed alicubi etiam vera, ac Germanæ Sacrosanctæ Synodi intelligentiæ prorsus adversantur: cumque eiusmodi Editiones, vnde confusio ac peruersio oriri facile potest, grauissimis etiam pœnis interdicantur constitutione sanct. mem. Pij IV. quæ incipit, Benedictus Deus; *Illustrissimi Patres bonum semen ab inimici hominis zizania discerni, atque Oecumenica doctrina integritatem saluam, incorruptamque in Ecclesia Dei custodiri pro eo ac debent satagentes, Sanctiss. D. N. Gregorio XV. annuente, Decreuerunt Indici Librorum Prohibitorum addendas esse omnes, & quascunque collectiones Declarationum, Decisionum*, seu *Interpretationum Congregationis Concilij impressas*, vel *imprimendas*; *præsertim verò Editiones infrascriptas*, videlicet:

Sacri Concilij Tridentini Decisiones, & Declarationes Illustrissimorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium eiusdem Concilij interpretum, ad diuerso Exemplaria, &c. *præsertim secundum correctionem Petri de Marzilla, Opera & studio Ioannis de Gallemart.*

Declarationes Concilij Tridentini ex Biblioth. manuscripta Prosperi Farinaccij.

Remissiones Doctorum, qui vera loca Concilij Tridentini incidenter tractarunt; Auctore *Augustino Barbosa.*

Declarationes Cardinalium Congregationis Concilij Tridentini, vnà cum *Ioannis Sotealli, & Horatij Lucij Annotationibus.*

Declarationes eorundem Cardinalium ex vltimo recognitione Io. Gallemart, Cum *Citationibus Io. Sotealli, & Remissionibus Augustini Barbosa.*

Decreto Concilij Tridentini ad suos quoque titulos secundum Iuris methodum redacta, adiunctis Declarationibus auctoritate Apostolica editis, &c. *Per Fratrem Petrum Vincentium de Marzilla.*

In quorum fidem hac propria manu subscripsimus, & sigilli nostri impressione communiri iussimus. Dat. Romæ, die 29. *Aprilis* 1621.

R. Card. Vbaldinus.

Ideò, præfata Sacra Indicis Congregatio volens quamprimum executioni mandare, vt par est, huiusmodi prohibitionem, omnes supradictas Collectiones, Declarationes, Decisiones, ac Interpretationes Congregationis Concilij, tum impressas, tum imprimendas, & præcipuè supra expressas, præsenti Decreto ob id specialiter facto, prohibet: mandans singulis cuiuscunque gradus & conditionis, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne in posterum à præsentis Decreti notitia, aliquas amplius huiusmodi Concilij Collectiones, Declarationes, Decisiones, ac Interpretationes, imprimere, legere, vel quomodocunque etiam, sine alia Superiorum licentia, apud se detinere audeant.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinalis Beuilaqua præsens Decretum signatum, & munitum fuit die 6. Iunij 1621.

Bonifacius Card. Beuilaqua.

Locus † sigilli.

Fr. Francifcus Magdalenus Capiferreus Ord. Prędic. Secretarius.



XXV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, præsenti Decreto damnat, ac prohibet vti perniciosos, & pluribus conspersos erroribus, hæresibus atque calumniis, infrascriptos Libros. Mandans singulis cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, vt eos in posterum imprimere, legere, vel quomodocunque apud se detinere minimè audeant; sed illos omnes si habuerint, statim à præsentis Decreti notitia locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus exhibere teneantur.

Antonij Fabricij Bleyniani, in Theoriam, & praxim beneficiorum Ecclesiasticorum, methodica, & familiaris introductio. *Suspensa donec corrigatur.*

Cæsaris Cremonini Centensis, in schola Patauina Philosophi primæ Sedis, *Disputatio* de Cœlo. *Venetijs* 1613. *apud Thomam Balionem*; suspenditur quousque ab *Auctore* corrigatur; & si infra annum id non fecerit, nunc pro tunc prohibetur, atque ipso facto absque alia noua declaratione prohibita declaratur.

Comedia Piaceuole della vera, antica, Romana, Catolica, & Apostolica Chiesa, nella quale da gl'Interlocutori vengono disputate, & spedite tutte le Controuersie, che hoggidì sono fra i Catolici Romani Luterani, Zuingliani, Caluinisti, Anabatisti, Schvvenkfeldiani, & altri per conto della Religione.

Prascheni, *siue* Præparatio pacificationis Controuersiarum, quæ exortæ statim post millesimum à Christo annum, in immensum his sexcentis elapsis annis excreuerunt. *Per* Ioannem Gordonium *Hantlaeoscotum.* Rupellę 1619.

Scutum Regium, *id est* adversus omnes Regicidas, & Regicidarum Patronos *&c.* Authore Georgio Haxemill. *Oxonien.*

Summarium omnium Controversiarum pertingentium Religionem nostris temporibus agitatarum, inter Ecclesiam Romanam, & Ecclesias Reformatas. *Per* Thomam Portam 1615.

Libellus quidam Anonymus, *sub nomine* Cleri Catholici Valtellinen. inscriptus; Alla Santità di Gregorio XV. il Clero, & Catholici di Valtelina; *prohibetur tum impressus, tum imprimendus, itaque etiam manuscriptus, vbique locorum, & sub quovisidiomate.*

In quorum fidem, manu, & sigilo Illustriss. & Reverendiss. D. Card. Bevilaquæ præsens Decretum signatum, & munitum fuit, *die* 18. *Ianuarij* 1622.

Bonifacius Cardinalis Beuilaqua.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

SACRÆ

XXVI.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

PROHIBET Sacra Indicis Illustrissimorum, ac Reuerendissimorum DD. Cardinalium Congregatio infrascriptos Libros. Mandans sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne vllus in posterum eos imprimere, legere, aut quouis modo apud se retinere audeat: & si quis aliquos illorum habuerit, vt statim omnes à præsentis Decreti notitia locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus exhibeat.

Amphithearrum Sapientiæ Socraticæ iocoseriæ Gasparis Dornauij, *&c.*

Augustinomachia Fr. Prosperi Stellarij:

Bartholomæi Agricolæ De ætate Ineuntium officia. Liber Politico-Historicus.

Eiusdem Bartholomæi Agricolæ alter Liber; *inscriptus* Symbolum Pythagoricum: *siue* de Iustitia in forum reducenda Prodromus, *seu* Liber.

Gasparis Faccij Politica Liuiana.

Collegium Politicum iuxtà methodum Logicam conscriptum, & ante hac ad disputandum propositum in Academia Giessena.

Libellus quidam, inscriptus; Copia d'vna Lettera scritta da vn Padre Chierico Regolate, ad vna Signora sua penitente deuota del Santissimo Sacramento dell'Altare: Oue si mostra quanto sia vtile la frequenza di questo Santissimo Sacramento & quanto necessaria al Christiano. *Suspensus donec corrigatur.*

Dialogo di Christofano Bronzini, Della dignità, & nobiltà delle Donne. *Suspensus, donec corrigatur.*

De Discendi, & Differendi ratione. Libri tres. *Opera* Cunradi Aslaci Bergensis.

Edmundi Riccheri opera. Cuius est etiam liber quidam Anonymus iam aliàs prohibitus, & qui denuo modo prohibetur *inscriptus*. De Ecclesiastica, & Politica Potestate liber vnus: Ecclesia est Politia Monarchica, ad finem supernaturalem instituta regimine Aristocratico (quod omnium optimum, & natura conuenientissimum est,) temperata à Summo animarum Pastore D.N. IESV Christo. *Parisijs* 1611.

Fiscus Papalis, *siue* Catalogus Indulgentiarum, & Reliquiarum septem principalium Ecclesiarum Vrbis Romæ, ex vetusto manuscripto codice (*vt fingitur*) descriptus.

Hieronymi Vecchietti De *anno* primitiuo ab exordio Mundi ad annum Iulianum accommodato, & de Sacrorum Temporum ratione Libri octo.

Iucunda de Osculis Dissertatio Historica Philologica. *Auctore* Georgio Cunradi filio Rittershusio.

Laquei Pontificij contriti, *&c.* Iacobi Reichlng. *Patricij Augustani.*

Ludouici Seruini Actiones Forenses Gallico sermone quatuor Tomis comprehensæ; *donec expurgentur.*

Matthæus Colerus, de Processibus executiuis; *donec corrigatur.*

Nucleus Discursuum, *seu* Disputationum hactenus in iure publico editarum, De statu Romani Imperij, *&c.* Collectus cura, & studio Nicolai Hampelij.

Relationes Boteri; Non permittantur, nisi illæ, quæ sunt correctæ iuxta antiquam impressionem Taurini 1601. factam per Ioannem Dominicum Tarinum, Serenissimo Duci Sabaudiæ dicatæ; in his præcipuè, quæ libro primo Partis Secundæ habentur in cap. scripto. *Delle forze del Regno di Francia.*

Sententiæ, & Prouerbia Rabbinorum, Ludouico Henrico Daquin interprete.

Simonis Vigorij, De statu, & regimine Ecclesiæ, Gallico Sermone, libri quatuor; Iidemque latino sermone conscripti.

Rursus etiam prohibiti declarantur, Henrici Harnisei *Halberstadiensis* Libri sequentes, *videlicet*:

De iure Conciliorum Commentarium Politicum.

De iure Maiestatis, Libri tres.

De potestate Principum in Populum semper inuiolabili libri tres.

In quorum fidem, manu, & sigillo Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Barberini Congreg. Præfecti præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ* 2. Decembris 1622.

M. Cardinalis Barberinus.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdaleuus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

XXVII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

LIBROS omnes infrascriptos Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, vt damnatos ac prohibitos, omnibus & singulis publicari censuit; sicuti præsenti Decreto eos penitus damnat ac prohibet, vbicunque & quovis idiomate impressos, aut imprimendos: Mandans singulis & quibuscunque, sub ordinarijs pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne alios aliquo modo in posterum, *vel* imprimere, *vel* legere, *vel* apud se etiam retinere audeant, sed vt statim si quos illorum habuerint, Inquisitoribus, *seu* locorum Ordinariis à præsentis Decreti notitia exhibeant. *Libri autem sunt*;

Achmetis. Onirocritica; *Cum* Notis Nicolai Rigaltij.

Antonij Mizzaldi Opuscula, memorabilium & vtilium Centuriç; *&* de Hortensibus; *donec corrigatur.*

Antonij Carrarini duo libelli Astrologici.

Augustinus Vlmius de Natura & effectibus Amoris sensitivi.

Bartholomæi Milletot Opusculum Gallicè conscriptum, de communibus Delictis; & Privilegiatis Casibus, in quibus seculares Iudices legitimam habent Potestatem in Ecclesiasticos.

Cæsaris Cremonini Disputatio de Cœlo, omnino, & absque *vlla limitatione*, ac restrictione *iterum prohibita declaratur.*

Christophori Besoldi Dissertatio Politico-Iuridica de Fœderum iure.

Clypeus Concionatorum Ferdinandi de Escalante, non permittatur, præterquam correctis & emendatis quæ habet cap. vlt. 6. notata, & censurata per Iacobum Gretserum in sua admonitione ad Exteros de Biblijs Tigurinis.

Il Corteggiano di Balthassar Castiglione, *præterquam correctus iuxta impressionem Venetam* 1584.

Enchiridion Concilij Coloniensis.

Ernesti Cothmanni Liber Responsorum Iuris, *seu* Consiliorum, ac Consultationum.

Folium quoddam continens Epitaphium factum sepulchro Fratris Pauli Seruitæ, incipiens; *Paulus Venetus Seruitarum Ordinis Theologus*, ita *Prudens*, *Integer*, *Sapiens*, &c. Tam impressum, quàm manuscriptum omnino prohibetur.

Francisci Iureti Notæ ad Epistolas Iuonis Carnoten. Episcopi, *donec corrigantur.*

Giosesso Passi, Donneschi difetti.

Gulielmi Doreslis Liber contra quasdam Propositiones Ioan. Dominici Angli, *lingua Gallica conscriptus.*

Hermanni Kirchneri Curricula Imperatorum, Regum Superioris Æui.

Hermannus Meyrer, de præferentijs Creditorum.

Historiæ Pontificum à S. Petro, vsque ad Paulum V. Liber in Tomos duos diuisus, *Gallicè conscriptus.*

Histoire des Derniers Troubles de France, *&c.* donec corrigatur.

Ioachimus à Beust de Sponsalibus, & Matrimonijs.

Ioannis VValchij *Schorndorffensis* Decades Fabularum.

Ioannis de Orbara Epistola ad Paulum Quintum scripta, *&* Panormi impressa 1611.

Iodoci Damhauderij *Brugen.* Praxis Criminalis, *donec corrigatur.*

Iulius

Iulius Cæsar Vanninus, de admirandis Naturæ Arcanis, *donec corrigatur.*

Iusti Euardi Arsfeld Liber de Regia Lege.

Laurentij Bocebelli Decreta Ecclesiæ Gallicanæ; multa alia *etiam* eius Additamenta immixta continens; *donec corrigatur.*

Laurentij Risebergij de Rebus Gallicis præcipuis Epitome ab anno reparatæ salutis 1555. vsque ad 1594.

Martha de Iurisdictione.

Matthæi Dresseri Orationes.

Mercurij Gallo-Belgici Succenturiati, Historicæ Narrationis continuatæ, Tomi XIV. Liber Primus, *Auctore* Gottardo Arthusio *Dantiscano.*

Opuscula duo *Incerti* cuiusdam *Auctoris*, de Libertate Ecclesiæ Gallicanæ inserta Operibus Petri Pithæi.

Petri Matthæi septimus Decretalium.

Petri Gambacurtæ Commentariorum de Immunitate Ecclesiarum in Constitutionem Gregorij XIV. Libri octo.

Rodulphi Goclenij duo Libri, *alter* Partitionum Dialecticarum, & *alter* Controversiæ Logicæ,

Liber inscriptus; Relatio Nuperi Itineris proscriptorum Iesuitarum ex Regnis Bohemiæ & Vngariæ, missa ex Helicone iuxta Parnassum.

Syntagma Tractatuum de Imperiali Iurisdictione, Auctoritate, & Præeminentia Auctorum variorum, *cum* Dedicatoria Simonis Schardij.

Thomæ Zerolæ *Episcopi Minorensis* Praxis Episcopalis, *tum* antiqua, *tum* noua; *etiam Eius* Editio Lugduni, apud Horatium Cardon. impressa; *donec corrigatur.*

Venturæ de Valentijs I.C. Parthenius litigiosus, *siue* Discursus Politico-Iuridicus.

Opera omnia Auctorum Primæ Classis quomodolibet post eorum primam prohibitionem impressa, declarantur iuxta regulas Indicis esse prohibita.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reuerendiss. D.D. Card. Barberini præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ* die 3. Iul. 1623.

M. Card. Barberinus.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

XXVIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

CENSVIT Sacra Indicis Congregatio Infrascriptos Libros, vt damnatos, & prohibitos publicari; prout præsenti Decreto eos sic damnat, ac prohibet vbicumque, & quouis idiomate impressos, *aut* imprimendos. Mandans singulis, & quibuscunque sub ordinarijs pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne quouis modo audeant eos in posterum imprimere, legere, vel apud se etiam retinere, sed locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus illos, si habuerint, statim à præsentis Decreti notitia exhibeant, *Libri autem sunt, videlicet:*

Antonij Pellegrini Physionomia naturalis: idemque anno iam 1596. Venetijs impressus *sub titulo*; I Segni della natura dell'Huomo, *di* Antonio Pellegrini.

Aurea Methodus, De modo corrigendi Regulares; *Auctore* Fratre Octauiano Spatario de Incisa Ord. Minorum Regularium de Obseruantia; *donec corrigatur.*

Libellus *inscriptus*; Aurelij Augustini Dulciloquiorum libri tres, ex Bibliothecæ Romerstorpianæ vetere manuscripto Exemplari. Nunc primum editi Herbornæ Nassoui 1614. *Non permittitur cum Epistola ad Lectorem ibi inserta, scripta à Gulielmo Relichio.*

Bellum sexennale Ciuile Germanicum, *siue* Annalium & Commentariorum Historicorum nostri Temporis, de statu Religionis & Reipublicæ, Michaëlis Gasp. Lundorpi.

Christophori Iustelli Liber Græco-latinus, *inscriptus* Codex Canonum Ecclesiæ Vni-

uersæ à Iustiniano Imperatore confirmatus; *Cum* Notis.

Eliæ Reusneri Leorini Stratagemarographia, *siue* Thesaurus Bellicus.

Flores Historiarum selectissimatum, Sententiarum, aliarumque Rerum Memorabilium. M. Stephani Ritteri.

Iosiæ Nolden *Gorbachiensis Waldetij*, De Statu Nobilium Ciuili Synoptica tractatio.

Opusculum de Coronatione ad Carolum V. Hieronymi Balbi.

Petri Sarpi de Iure Asylorum.

Liber *inscriptus*; il Pignatto grasso: Francisci Pastoris de Monopulo.

Preces deuotissimæ ad Beatissimam Virginem, in quatuor magnæ deuotionis officia distributæ, ordinata à Fratre Clemente Ottardo *Ordin. Eremitarum S. Augustini.* Absque Sacræ Rituum Congregationis approbatione, suorumque Superiorum licentia impressæ.

Strozzi Cicogna, Palazzo de gl' Incanti.

Scotia Illustrior, *seu* Mendicabula repressa, modesta Parecbasi Thomæ Dempsteri.

Insuper etiam declaratur Musicalium quoque verba in Musicis apposita minimè sic imprimi posse, absque solita Superiorum permissione, ac licentia.

In quorum fidem manu & sigillo Illustrissimi & Reuerendiss. D. Cardinalis Millini præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ* die 17 Decembris 1623.

Io. Garsia Card. Millinus.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

XXIX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

INFRASCRIPTOS Libros Sacra Indicis Congregatio, præsenti Decreto, vti damnatos, & prohibitos, publicat. Mandans omnibus, & singulis, sub ordinarijs pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne quis eos in posterum imprimere, legere, *vel* apud se etiam retinere audeat, quouis idiomate impressos. Sed locorum Ordinariis *seu* Inquisitoribus qui habuerit, statim à præsentis Decreti notitia exhibeat.

Libri autem sunt, *videlicet:*

Amor Sacer.

Andreæ Althameri Commentaria in P. Corn. Taciti Libellum de Situ & Moribus & Populis Germaniæ; *donec corrigantur.*

Andreæ Mauroceni Historia Veneta, ab anno 1521. vsque ad annum 1615. impressa Venetiis 1623. *suspensa donec corrigantur.*

Antonij Ragucij Lucerna Parochorum, *seu* Catechesis ad Parochos. Ex titulo, De Sacramento Eucharistiæ, quæsito 41. num. 1. Deleatur à verbis. *Et hæc est communis opinio*, vsque ad totum finem numeri, vbi falsò imponit Scoto asseruisse, *Desinere esse Corpus Christi sub speciebus ad tactum statim labiorum:* Et id non errorem, sed sententiam vocat, oppositumque, opinionem, non autem veritatem Catholicam.

D. Antonio di S. Saluatore Trattato della ricorsa, & continuatione di Cambij fatti à se stesso.

Eiusdem Authoris, Decisione d'vn caso, & con esso, di alcuni altri dubij in materia di Cambij.

Aphorismi doctrinæ Iesuitarum, & aliorum Pontificiorum Doctorum, *&c.*

Apologia, *seu* defensio Christianorum qui sunt in Gallia ex Religione Euangelica, *seu* Reformata, aduersus eos qui viuere renuunt, *&c.* Gallicè conscripta.

Bartholomæi Alechthrochotæ. Dissertatio Theorico-Practica. De nobilissima, & frequentissima Hanreitarum materia.

Fratris Benedicti Zaiosi Libellus *inscriptus*; Rosario della grande Imperatrice de' Cieli Maria; *in* tre Patri distinto; *con* la Santa Messa, & altre lodi dell' istessa, e contemplationi de' suoi misterij. *Deleantur à dicto Libello*, Litaniæ B. Virginis *ibi insertæ*, cum

cum nondum approbata fuerint a Sacra Rituum Congregatione, & sint contra Decretum Clementis Octavi in publicum edita.

Catechismus Iesuitarum, *seu* Examen eorum doctrinæ.

Clementis Octavi Ferrariam petentis, & ingredientis apparatus, & forma.

Confessione di Fede Cattolica, & Apostolica. *In Villa Franca* 1613.

Conformità della Chiesa Romana con di Gentili Liber *Gallicè* conscriptus.

Consilium Gregorio XV. exhibitum per Michaëlem Lonigum; de adhortando Serenissimo Maximiliano Bavariæ Duce, ad petendum Dignitatis Electoralis nuper obtentæ confirmationem à Sede Apostolica; iuxta exemplar Arcenni editum; cui nunc Præfatio, & Censura accessit G.I.V. Lugduni Batavorum, ex officina Elzeviriana 1623.

Dichiaratione publica di Federico per la Dio gratia Rè di Boëmia, per quali ragioni habbia accettato il governo e Regno, *&c.*

Discorso e parere d'vn Theologo intorno al *Cambio* della ricorsa à se stesso.

Disputatio Æquiuocatoria de licita Æquiuocatione Terminorum, *&c.* Liber anonymus, *contra* Patrem Lessium editus.

Examen trophæorum prætensæ contra Congregationis Anglicanæ Ordinis Sancti Benedicti, *&c.* Rhemis, typis Eubuli Cordati, cuius Author post Epistolam inscribitur Ioannes S. Andreæ.

Exhortatio ad Christianissimi Regis Galliæ Consiliarios, quo pacto obuiam iri possit Seditionibus, *&c.*

Francisci Iunij Vita, ab ipsomet conscripta; *Lugduni Batauorum* impressa.

In Georgium Blacuellum *Angliæ Archiepiscopum* à Clemente Octauo designatum, Quæstio bipartita, *&c.*

Gulielmi Bareth, Ius Regis, *siue* de absoluto, & independenti Sæcularium Principum Dominio, & Obsequio eis debito.

Henrici Petrei, Nosologia harmonica dogmatica, & vermetica, Disceptationibus quinquaginta in Academia Mauritiana disceptata.

Hieronymi Henninges, Theatrum Genealogicum.

Hieronymi Zevallos, Speculi aurei Communium contra Communes, Tomus IV.

Eiusdem. Tractatus de cognitione per Viam Violentiæ in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas.

Historia Memorabilis de tribus Energumenis; *Parisijs* 1623.

Ioachimi Gluteri, Sylloge Rerum Quotidianarum.

Ioannis Bidembachij I.C Consiliarij, *&c.* Quæstionum Nobilium, *&c.*

Ioannis Pappij, & Francisci Iunij Præfationes in Indicem Expurgatorium multorum Librorum, impressum *Coloniæ, apud Lazarum* Zetznerum; mandantur remoueri à dicto Indice.

D. Ioseph Mozzagrugni, Narratio rerum gestarum Canonicorum Regularium.

Isaaci Casauboni in primum Tomum Annalium Baronij.

Lettres des Fideles du Marquisat de Saluces, Souuerainetè du Duc de Sauoye, enuoyées à Messieurs les Pasteurs de l'Eglise de Geneue, contenantes l'Histoire de leur Persecution, & de la foy, & constance de deux Martyrs mis à mort le 21. d'Octobre 1619. par sentence de l'Inquisition & du Senat de Piedmont.

Liber *inscriptus*; Symbola Aureæ Mensæ.

Marcelli Viscardi Necessitatis magnalia.

Matthiæ Stephani Pomerani, de iurisdictione, qualemcunque habeant Iudices in Romano Imperio.

Melchioris Adami, Vitæ Germanorum Theologorum.

Eiusdem Decades continentes Vitas Theologorum exterorum Principum.

Nicolai Reusneri Consilia.

Officia omnia absque approbatione S. Rituum Congregationis edita, *vel* edenda: *Vt sunt.*

Officium paruum in honorem S. Ioseph, *Brixiæ* 1608. *impressum.*

Officium paruum S. Angeli Custodis (non illud a dicta Sac. Congregatione approbatum.) *Venetijs* 1611. *impressum.*

Officium quindecim Sanctorum Auxiliatorum *Brixiæ* 1613.

Sanctissimæ Deiparæ laudes, centum & quinquaginta Psalmorum prima verba exponentes Dauid.

Nec non etiam Opusculum, *inscriptum*, Breue ad honorem S. Vbaldi.

Et similia interdicuntur quæ sine vlla approbatione circumferuntur.

Ingenua, & vera oratio ad Regem Christianissimum, de eo quod postulatur, vt Iesuitæ, *&c.*

Oratio solemnis anno 1623. *Tiguri typis Hambergerianis.*

Petri Victoris Caretani Chronologia septem Annorum.

Ragionamento in materia di Religione accaduto tra due Amici Italiani.

Responce à quatre Demandes, faictes par vn Gentilhomme de Poictou à Pierre Du Moulin Ministre de la Parole de Dieu à Sedan 1623.

Responsorum Iuris in causa Prioris & Conuentualium Monasterij Beatæ Mariæ Virginis in Oppido Nouariensi, *contra* Officiales Archiconfraternitatis S. Crucis in Ciuitate Coloniensi, *&c.*

Responsoriorum Iuris Illustrium & Celebertimorum I. CC. & diuersarum Academiarum hoc tempore florentium, *seu* vt recentiores vocant, Consiliorum in Hispania Tomus Primus. *Francofurti*, &c.

Roberti Stephani, Responsio ad Censuras Theologorum Parisiensium.

Sacre de *l'Electeur Palatin* Frideric Roy de Boëme, en l'Eglise Parochiale du Chasteau de Prague, *&c.*

Theodori Bezæ Authoris iam damnati Liber *inscriptus* Icones, *id est* veræ Imagines Virorum doctrina simul & pietate Illustrium *Geneuæ impressus.*

Tobiæ Paurmeisteri à Kochster, de iurisdictione Romani Imperij.

Tragica, *seu* Tristium Historia de Pœnis Criminalibus, & exitu horribili earum.

Dos Tractados, el *primero* es del Papa, y de su autoridad, el *secundo* es de la Missa, y de su santitad.


Trois Tables, en Espagnol, en François, en Alemand. *Per* Thomam Portum.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Millini præsens Decretum signatum, & munitum fuit, *Romæ*, die 12. Decemb. 1624.

I. G. Cardinalis Millinus.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Secretarius.



XXX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

PROHIBET præsenti Decreto Sacra Indicis Congregatio infrascriptos Libros. Mandans omnibus, ac singulis sub ordinarijs pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne quis eos in posterum imprimere, legere, *vel* apud se etiam retinere valeat quouis idiomate impressos, *aut* imprimendos: sed locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus illos qui habuerit, a præsentis Decreti notitia exhibere teneatur.

Libri autem sunt, *videlicet.*

Historia Iesuitica, *hoc est* de Origine, Regulis, Constitutionibus, propagatione, dolis, fraudibus, *&c.* Ordinis Iesuitarum; Rodolpho Hospiniano Tigurino Auctore. *Tiguri, apud Iohan. Rodulphum VVolphium* 1619.

Historia Particolare delle cose passate tra il Sommo Pontefice Paolo V. & la Serenissima Republica di Venetia gli anni 1605. 1606. 1607. diuisa in sette Libri.

Problematum Miscellaneorum Antaristotelicorum centuria dimidiata ad Dominos Studiosos in Academia Leydensi, à Ludouico Rauzeo directa. *Lugduni Batauorum.*

Il Trattato delle Appellationi, nelle materie Ecclesiastiche per il capo di abuso. *Tradotto dal Francese* da Maso degli Albizi Fiorentino. *In Leone* 1624.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis

nalis Millini præsens Decretum signatum,& munitum fuit, *Romæ* 15. Februarij 1625.
Io. Garsia Card. Millinus.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secretarius.

XXXI.

Feria V, die 13. Martij, Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi. MDCXXV.

In generali Congregatione S. R. & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Vaticano coram S. D. N. D. Vrbano *diuina Prouidentia* Papa VIII. *ac Illustriss. & Reuerendiss. DD. S.R.E. Cardinalibus, aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

SANCTISS. D. N. solicitè animadvertens abusus, qui irrepserunt & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum Sanctitatis *aut* Martyrij fama, *vel* opinione defunctis: qui, & si *neque* Canonizationis, *neque* Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratorijs atque Ecclesijs, alijsque locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis, *aut* radijs, *seu* splendoribus proponuntur, miracula & reuelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum intercessiones accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra, tabellæ, imagines & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades & alia lumina apponuntur. Volensque proinde huiusmodi abusibus, pro debito officij pastoralis occurrere, re etiam cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem in vniuersa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus communicata, & maturè considerata ac discussa, Declarauit, statuit & decreuit, ne quorumuis hominum, cum Sanctitatis *seu* Martyrij fama (quantacumque illa sit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcumque aliud venerationem & cultum præ se ferens & indicans, in Oratorijs *aut* locis publicis *seu* priuatis, *vel* Ecclesijs *tam* sæcularibus, *quam* regularibus; cuiuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, *aut* Societatis, apponantur anteqnam ab Apostolica Sede canonizentur, *aut* Beati declarentur, & (si quæ apposita sunt) amoueantur, prout eas statim amoueri mandauit. Ac pariter imprimi de cætero inhibuit Libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis *siue* Martyrij fama *vel* opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, gesta, miracula, *vel* reuelationes, *seu* quæcumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarij, qui in iis recognoscendis Theologos aliosque pios ac doctos Viros in consilium adhibeat, & ne deinde fraus *aut* error *aut* aliquid nouum ac inordinatum in re tam gravi committatur, negocium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, eiusque responsum expectet: Reuelationes verò & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in Libris horum Hominum vitam & gesta continentibus, hactenus sine recognitione atque approbatione huiusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque sua Sanctitas. Ad horum Hominum sepulchra vetuit etiam ac inhibuit, Tabellas, Imagines, ex cera aut argento *seu* ex alia quacumque materia, tam pictas quàm fictas, atque exsculptas appendi *aut* affigi, & lampades *siue* alia quæcumque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra facienda, Sedique Apostolicæ referenda, ac probanda. Declarans, quòd per supraescripta, præiudicare in aliquo non vult neque intendit iis, qui *aut* per communem Ecclesiæ consensum, *vel* immemorabilem temporis cursum, *aut* per Patrum Virorumque Sanctorum scripta, *vel* longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, *vel* Ordinarij coluntur. Vt autem præmissa diligentius obseruentur, vniuersis, ac singulis, tam Ordinariis, quam hæreticę prauitatis

vitatis Inquisitoribus districtè præcipit, vt in sua quisque Diœcesi, *vel* Provincia sedulò pervigilent, ne sine approbationibus prædictis Imagines cum memoratis signis exponantur, *aut* miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliaue contra superius disposita fiant. Transgressores verò, si Regulares fuerint, privationis, suorum officiorum, ac vocis activæ & passivæ, necnon & suspensionis à divinis: si verò Clerici sæculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum respectivè aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum *seu* Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autem Libros impresserint aut Imagines pinxerint, *seu* sculpserint quoquomodo, effinxerint, *vel* formaverint, cæterique Artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis aliisque etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis gravitatem eorumdem Ordinariorum *seu* Inquisitorum arbitrio infligendis. Contrarijs quibuscunque non obstantibus. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit, vt Decretum huiusmodi *seu* illius exemplum, ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Vrbis, ac in acie Campi Floræ affixum, omnes perinde arctet, atque afficiat, ac si vnicuique personaliter intimatum fuisset. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, *vel* ostensæ.

Io. Antonius Thomasius S. R. & vniversalis Inquisit. Not.

XXXII.

Feria 5, Die 18. Septembris MDCXXV.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. *Vrbano diuina prouidentia* Papa Octauo, *ac Illustrissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

SANCTISSIMUS D. N. pro debito sui pastoralis officij corrigere volens abusus nonnullorum in Statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subiecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum Statum absque vlla Ordinariorum & Inquisitorum loci vbi degunt, approbatione, imprimendos transmittunt: statuit & decreuit, vt in posterum nemo in Statu prædicto degens, cuiusvis conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quavis materia tractantes, & vbicumque compositos audeat aliò deferre, *vel* mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Illustrissimi & Reverendissimi D. Cardinalis Sanctiss. D. N. Vicarij, & Magistri Sacri Palatij, si in Vrbe; si verò extra Vrbem existat, sine Ordinarij & Inquisitionis loci illius, siue ab ijs deputatorum facultate & licentia operi præfigenda. Libros autem quos contra præsentis Decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio suæ Sanctitatis infligendas, absque alia declaratione ex nunc prohibet, & pro expressè prohibitis haberi vult, & mandat. Contrarijs quibuscumque non obstantibus, *&c.*

Io. Antonius Thomasius S. R. Vniuersalis Inquisit. Not.

SACRÆ

XXXIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio infrascriptos libros præsenti Decreto damnat, & prohibet: omnibus ac singulis cuiuscumque gradus, & conditionis, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis mandans; ne eos in posterum imprimere, legere, *vel* quomodocumque apud se detinere quis audeat, sed à præsentis Decreti notitiá illos omnes locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus statim, qui eos habuerint, exhibere teneantur. *Libri autem sunt;*

Antidoro contro le calunnie de' Capuccini: Composto per li Fedeli Confessori della Verità nelle Leghe de' Grigioni.

Apologeticus eorum, qui Hollandiæ, Westfrisiæq; & vicinis quibusdam Nationibus ex legibus præfuerunt ante mutationem, quæ euenit anno CIↃIↃCXVIII. scriptus ab Hugone Grotio; *Cum* Refutatione eorum, quæ adversus ipsum, atque alios acta, ac iudicata sunt.

Editio noua Axiomatum OEconomicorum, accessione multarum nouarum Regularum, multarumque Sententiarum & Exemplorum aucta, & locupletata à Gregorio Richtero Gorlicio. *Eiusdem*que etiam Axiomata Ecclesiastica.

Casparis Hofmanni Commentarij in Galeni de vsu Partium Corporis Humani Lib. XVII.

Chronica Slauorum, *seu* Annales Helmoldi, opera Reineri Reinecij. *Francofurti apud Wechelum, anno* 1581. Cui addita est etiam Historia de Vita Henrici IV, & Gregorij VII.

Cista Medica ad prælum elaborata à Ioanne Hornungo *Rotenburgo-Duberano*. Auferatur Epistola dedicatoria.

Folium *idiomate Gallico* conscriptum, de Comparatione Evangelij Papæ, & Christi circa remissionem peccatorum, & consecutionem vitæ æternæ.

Gerardi de Meynard collectio Controversiarum Forensium Senatus Tolosani, an collatio cum aliis Franciæ Arrestis. *Cum* Additionibus Hieronymi Bruchner. In qua collectione multa falsa dictus Gerardus, sicut & in Additionibus quoque Bruchnerus, ex propria sententia addunt & asserunt.

Geuerharti Elmenhorstij Notæ ad Gennadium Presbyterum Massiliensem de Ecclesiasticis Dogmatibus, ad veteris cuiusdam Theologi Homiliam sacram, & ad Epistolas Martialis Episcopi Lemovicensis.

Hieronymi Treutleri à Kroschvvitz, necnon Andreæ Schopfij Consiliorum, *sive* Responsorum *Volumina duo*.

Eiusdem Hieronymi Treutleri, selectarum Disputationum ad Ius Civile Iustinianæum, *Volumina duo*.

Noua quædam editio Historiæ Guicciardini in duobus Voluminibus facta, *apud Iacobum Stoër*, de anno 1621. absque impresione loci, *inscripta*. La Historia d'Italia di M. Francesco Guicciardini Gentilhuomo Fiorentino; con le postille in margine delle cose piu notabili, insieme la tauola per ordine d Alphabeto; *con* la Vita dell' Autore, di nuouo riueduta & corretta per Francesco Sansouino; *con* l'aggiunta di quattro vltimi Libri lasciati indietro dall' Autore *appresso Iacobo Stoër*. MDCXXI.

Historia Pontificiæ Iurisdictionis, *Auctore* Michaële Roussel, *Parisijs* 1625. *apud Ioannem & Stephanum Richer*.

Hugonis Grotij Poëmata collecta, & edita à Fratre Gulielmo Grotio.

Eiusdem de Iure Belli ac Pacis.

Instruttione fondamentale, se vna Setta duri più ò meno di cent' anni: Similmente, qual sia l'antica e nuoua Fede, e doue auanti la Riformatione essa sia stata. Data in luce *dal* Signor Gio. Giacomo Breitingero.

Io. Baptistæ Marini Poëma *inscriptum*, l'Adone.

Eiusdem gli Amoti Notturni.

Ioannis Francisci Spinæ, de Mundi Cataſtrophe, *hoc eſt*, de maxima Rerum Mundanarum Reuolutione poſt annum 1623.

De Legatione Euangelica ad Indos capeſſenda admonitio Iuſti Heurnij.

Duo Libelli famoſi, quorum *primus inſcribitur*: Supplica alla Santità di N. Sig. Papa Paolo Quinto per varij Cittadini Bologneſi; *Impreſſus Bononiæ apud Heredes Ioan. Roſſi* 1619. *Et alter inſcribitur*; Replica d'vna Supplica diretta à N. Sig. Paolo Quinto, da' Creditori, in difeſa della verità d'eſſa, & dell'honor de Creditori & altri nominati in vna tal riſpoſta, vſcita contro detta Supplica. *Francofurti* 1620.

La Lucerna di Eureta Miſoſcolo Academico Filarmonico.

Mythologia Chriſtiana, *ſiue* Virtutum, & Vitiorum Vitæ humanæ Imaginum. Libri tres.

Notæ Anonymi cuiuſdam Hæretici ad quaſdam Epiſtolas & Carmina Iuſti Lipſij. *Editæ Harderuici*.

Nouiſſima Polyanthæa in Libros viginti diſtributa Ioſephi Langij *Cæſare-Montani*. Venetijs apud Ioannem Gueriliuм 1616. *Suſpenſa, donec corrigatur*.

Paratitla in tres priores libros Codicis. *Auctore* Henrico Scotano.

Petri de Vries, liber *inſcriptus*; Æſtiuum otium ad repetitionem ritus 235. Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolitanæ.

Promptuarium tam Iuris Ciuilis, quàm feudalis, conſcriptum *Germanicè* à Balthaſſare Klammer, nunc verò multis Quæſtionibus & Deciſionibus auctum, & locupletius redditum. Opera & ſtudio Ioachimi Scheplitz.

Relatione dello ſtato della Religione, *del* Caualier Edoino Sandio: *tradotto dall'Ingleſe* in linguaggio Italiano.

Roberti Flud, vtriuſque Coſmi, maioris ſcilicet & minoris Metaphyſica, Phyſica, atque Technica Hiſtoria.

Inſuper etiam declaratur, ac notificatur omnibus, qualiter Libri Thomæ Sanchez Diſputationum de Sacramento Matrimonij, multis impreſſionibus mutilati ſunt; Tomo tertio, Libro octauo, Diſputatione ſeptima, numer. 4. in quibus totus dictus numerus quartus ademptus eſt. Et ideò omnes Libri prædicti ſic mutilati prohibentur, donec prædictus locus ademptus (cuius initium eſt. *At frequentiſsima, ac verior ſententia habet id poſſe*, Finis vero, *Et his diebus in hoc Prætorio Granatenſi ſent. pars hæc definita eſt*, ſubiogetur.

In quorum fidem manu & ſigillo Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. D. Cardinalis *Pij* præſens Decretum ſignatum, & munitum fuit. *Romæ* die 17. Februarij 1623.

Carolus Card. Pius.

Locus † ſigilli.

Fr. Franciſcus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Secret.

Locus ademptus à *Thoma Sanchez*, & iuſſu Sac. Congregationis Indicis reſtituendus; qui eſt numerus quartus Diſputationis Septimæ, Libri octaui, Tomi III. de Matrimonio. Sic habens.

At frequentiſsima, ac verior ſententia habet id poſſe Pontificem. Ducitur, quia radix & origo, ex qua conſurgit vt proles ſit illegitima, ac ſubinde incurrat illegitimitatis damna, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue Secularia, eſt lex Eccleſiaſtica, quæ ſtatutum eſt, vt id impedimentum in eo Matrimonij contractu repertum, illud dirimat: ac ea non ſtante matrim. fuiſſet validum, ac proles legitima, nec ea damna incurriſſet. At Pontifex poteſt ſuam Legem irritare, & reuocare quoad effectus iure humano ex ea ſequutos, & non tantùm quoad in poſterum incurrendos, efficiendo, vt non incurrantur, ſed etiam quoad iam incurſos, abolendo illos, ac ſi ea lex edita nunquam fuiſſet, vt conſtat ex Clement. vn. de immun. Eccleſ. vbi Clemens V. reuocat quaſdam prædeceſſorum Conſtitutiones, etiam quoad effectus antea prædictos, ibi: Quidquid ex eis ſequutum eſt, vel ob eas, penitùs reuocamus, & ea haberi volumus pro infectis. Vbi Gloſſa verb. pro infectis, & ibi

& ibi Card. num. 6. opposit. 1. Anchar. num. 3. Imol. num. 6. Abb. c, Non debet, in fin. de consang. & affin. inde inferunt tantam esse Pontificis potestatem circa ea, quæ sunt iuris positiui, vt possit ea revocare, prout ex tunc, quando edita sunt: ac omnes effectus præteritos abolere, ac si nunquam edita fuissent. Ergo sic dispensans Pontifex in radice matrim. id est, initio ipsius reuocando impedimentum, quod ipsum irritauit, ac si nunquam irritasset, efficiet vt dispensatio retrotrahatur ad matrim. initium, ac proinde censeatur ac si id matrim. fuisset ab initio validum, nullo impedimento irritante existente: in quo casu proles esset verè legitima quoad omnia. Et confirm. quia hoc non est directè dispensare in lege ciuili, & effectibus eius, sed indirectè, & per quandam consequentiam. Quia, scilicet, lege ciuili incurruntur ea damna à prole supposita legis Ecclesiasticæ irritantis prædictum matrim. firmitate: ex qua subsequutum est, vt matrimonium sit irritum, & subinde proles ex eo concepta, illegitima, ac subdita omnibus illegitimitatis damnis iure ciuili statutis. Cùm ergo Pontifex sua dispensatione in ipsa matrimonij radice tollat directè firmitatem illius legis Ecclesiasticæ, eàmque prorsus aboleat, perinde ac si lex illa nunquam prodijsset, efficiet indirectè, & per quandam consequentiam, vt ea omnia damna cessent, vtpotè quæ ex legis Ecclesiasticæ firmitate pendebant. Et adhuc explicatur magis hæc ratio. Non enim dicimus, posse nunc Pontificem efficere vt id matrim. fuerit à principio firmum, vel nunc incipiat valere absque nouo contrahentium consensu vel vt ex eo non sint sequuti effectus iure ciuili statuti. Hæc enim omnia aperte non subsunt Pontificiæ potestati. Sed tantùm dicimus eam esse Pontificis potestatem, vt possit dispensando prout ex tunc in ipsa matrim. irriti radice, delere ac reuocare omnia damna quocunque iure humano inde incursa, ac in eum statum prolem restituere, quem haberet, si ex matrim. valido orta fuisset. Destructo enim legis Ecclesiasticæ valore, cui tanquam fundamento illegitimitas, ac cætera damna innitebantur, illa omnia corruent. Sed dices hoc tantùm probare de damnis iure Pontificio sequutis iure ciuili. Cùm enim nequeat Pontifex in hoc iure dispensare, nequibit quoque in effectibus ex eo consurgentibus. Sed respondeo non posse directè in his dispensare: at posse indirectè, & per quandam consequentiam destruendò legem suam Ecclesiasticam, ex qua tanquam ex fundamento illa omnia pendebant. Tandem quia multa possunt fieri indirectè, & per quandam consequentiam, quæ directè, & principaliter fieri nequeunt; Sicut ius patronatus non potest per se, ac directè vendi absque labe simoniæ tùm tamen in consequentiam vendatur vendito fundo, cui est annexus. c. Ex literis de iure patr. Sic ergo licet Pontifex nequeat directè dispensare in iure ciuili, ac eius effectibus: poterit vtiquè indirectè, & per quandam consequentiam, modo exposito. Et ideò huius sent. sunt Ioann. Andr. c. Per venerabilem nu. 30. qui filij sint legit. & ibi Abb num. 22. Card. num. 9 q. 1. Anch. num. 21. Alex. de Neuo num. 18. Prapos. ibi. §. Quod autem, num. 74. idem Abb. c. Literas num. 17. fin. de restit. spoliat. idem Anch. c. vn. num. 3. de Sponsal. in 6. & Clem. vn. fine de immunit. Eccles. & cons. 409. num. 5. 6. 7. Felin. c. Quæ in Ecclesiarum, num. 21. vers. Secundo amplia, de constit. Curt. Sen. cons. 73. num. 7. Chassan. cons. 43. num 17. Gulielm. Benedictus c. Raynutius, ver. Et vxorem, in princ. num 202. & 203. de testam. & refert ita decisum fuisse Normandiæ per Arestum, Brudel. de sponsal. concl. 24. num. 2. Iacob. de Puteo referens sic in Rota decisum, decis. 483. num. 2. & 3. l. 2. Nicol. de Vbaldis de Success. ab intest. 1. p. num. 106. Ant. de Rosellis de legitimat. lib. 2 in princ. num. 19. & 20. Mart. Laudensis de legit. ar. 2. num 85. & 96. Boer. decis. 264 num. 26. Cels. cons. 31. num. 7. & triplici seq. Benedictus de Barziis de filiis non legit. nat. num. 44. Gozadin. cons. 6. num. 63. Capra consil. 1. num. 8. Zephal. cons. 307. numer. 54. col. 3. Rosella verb. Illegitimus num. 15. Ang. verb. Papa, nu. 4. & verb. Legitimatio, num. 7. Sylu. verb. Papa fine, & verb. Legitim. quæst. 4. & quæst 7. dict. 5. Armil. verb. Legitimus, num. 3. & ibi Tabiena quæst. 2. num. 3. Nauar. lib. 4. cons. in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 3. num. 12. & num. penult. & tit. Qui filij sint legit. cons. 1. num. vn. in 2. edit. eodem tit. Qui filij sint legit. consil. 21. num. 12. & num. penult. Couar. 4. decret. 2. par. c. 8. §. 8. num. 13. Molina l. 3. de primog. c. 2. num. 12. Rotæ epitome success. c. 23. numer. 113. Anton. Gabr. tom. 3. commun. opin. l. 6. tit. De legitimatione, concl. 3. num. 1. & 2. Borg. de irreg. 2. part. tit. De interpretatione, extensione, & restrictione dispensat. numer. 19. Anastas. Germon. 2. sacror. immunitatib. l. 3. c. 11. num. 105. Maiolus de irreg. l. 1. c. 4. n. 20. Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 7. & art. 24 num 80. Humada l. 2 gloss. 10. numer 8. tit. 15. par 2. Et ex Theologis Enriquez l. 11. de Matrimon cap. 20. num. 2. Lud. Lopez 2. par. instruct. vbi de Matrim. c. vlt. col. 2. concl. 3 Sayro Thesauro Casuum, tom. 1. l. 6. c. 10. num. 27. & c. 11. num. 6. Et his diebus in hoc prætorio Granatensi sent. pars hæc definita est.

XXXIV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio infrascriptos Libros præsenti Decreto damnat,& prohibet omnibus,ac singulis cuiuscunque gradus, & conditionis sub pœnis in Indico Librorum Prohibitorum contentis mandans;ne eos in posterum imprimere,legere vel quomodocunque apud se detinere quis audeat, sed à præsentis Decreti notitia illos omnes locorum Ordinarijs,*seu* Inquisitoribus statim,qui eos habuerint; exhibere teneantur.*Libri autem sunt;*

Abregè des Memoires donnez au Roy,sur la reünion de l'Ordre & grand-Maistrise de S.Iean de Ierusalem(maintenant de Malthe)à la Couronne, sans porter preiudice à la Noblesse de France, sans demembrer le dit Ordre,ny offencer le sainct Siege Apostolique.

Tractatus *inscriptus;*Discorso del P.Giouanni Mariana, *Giesuita Spagnuolo*,intorno à grandi Errori,che sono nella forma del gouerno de i Giesuiti.

Dominici Baudij Orationes.

Elucidarium Deiparæ.*Auctore* Ioanne Baptista Pozá.

Francisci Salgado de Somoza,Tractatus de Regia protectione vi oppressorum appellantium à causis,& Iudicibus Ecclesiasticis.

Illustrium,& clarorum Virorum Epistolæ selectiores superiore sæculo scriptæ, *vel* à Belgis,*vel* ad Belgas;distributæ in Centurias II.

Io.Baptistæ Marini(oltra l'Adone,& gli Amori notturni, iam prohibita 4. Februarij 1627.)Cantiones duæ;alterius titulus. *I Baci*; alterius, *I Trastulli estiui.* Il Camerone Prigione horridissima in Napoli,oue fu carcerato il Caualier Marino. La Prigionia del Caualier Marino in Torino. Il P. Naso. Ragguaglio de i Costumi della *Francia.* Sonetto,per vna inondatione del Tebro à Roma, cuius initium; *Fosti Città d'ogni Città Fenice.*

Lexicon Philologicum, præcipuè Etymologicum. *Auctore* Matthia Martinio in Schola Bremensi.

Miscellaneorum Theologicorum Libri tres. His insuper accessit, *consimilis argumenti*,Liber item quartus. *Auctore* Nicolao Fullero.

Verum inuentum, *hoc est*,Munera Germaniæ ab ipsa primitus reperta, *Auctore* Michaële Maiero.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Pij præsens Decretum,signatum,& munitum fuit. *Romæ*, die 11. Aprilis 1628.

C. Episcopus Albanen. Card. Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Præd. Secretarius.

XXXV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio,viso Decreto Sacræ Congregationis Illustrissimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum super prohibitione facienda omnium Translationum eiusdem Sacri Concilij Tridentini e Latina in alias linguas tenoris sequentis.

Die 2.Iunij 1629.Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit,Translationes eiusdem Sacri Concilij Tridentini de lingua Latina in Gallicam,*vel* alias linguas esse prohibitas;ideoque significandum Sacræ Congregationi Indicis,vt omnino prohibeat Translationes huiusmodi factas, quæ absque speciali auctoritate

tate huius Sanctæ Sedis Apostolicæ impressæ sunt.

R. Card. Vbaldinus,

Volens prædicta Congregatio Indicis, vt par est, quamprimum huiusmodi prohibitionem executioni mandare, Omnes & quascunque Translationes eiusdem Sacri Concilij quouis idiomate, absque speciali auctoritate; vt supra, factas & impressas, præsenti Decreto prohibet; Omnibus & singulis cuiuscunque gradus & conditionis, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis mandans, ne eas in posterum imprimere, legere, *vel* quomodocunque apud se retinere quis audeat, sed à præsentis Decreti notitia, illas omnes locorum Ordinarijs *seu* Inquisitoribus statim qui eas habuerit exhibere teneatur.

In quorum fidem manu & sigillo Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pij Congregationis Præfecti, præsens Decretum signatum, & munitum fuit *Romæ*, 15. Nouembris 1629.

C. Card. Pius Episcopus Albanen.

Loco † sigilli.

Fr. Io. B. Marinus Ord. Præd. Secr.

XXXVI.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio Eminentissimorum, & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalium infrascriptos Libros damnat & prohibet, mandans omnibus & singulis cuiuscumque gradus & conditionis sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne vllus in posterum eos imprimere, legere, aut quouis modo apud se retinere audeat, & si quis aliquos illorum habuerit, vt statim omnes à præsentis Decreti notitia locorum Ordinarijs *seu* Inquisitoribus consignet. *Libri autem sunt.*

Ioannis Baptistæ Pozæ *Societatis Iesu Cantabri* Opera omnia.

Libellus Anonymus *inscriptus*; Memorial à los Iuezes de la Verdad, y Doctrina.

Libellus Anonymus *inscriptus*; Libellus quidam supplex, *cui titulus*, Ad Iudices Veritatis & Doctrinæ, *defenditur.*

Liber *inscriptus*. Sanctissimo D. N. Vrbano Papæ Octauo. Natio, & Cognatio Cantabrica Ioannis Baptistæ Pozæ à Societate Iesu, in causa iudiciali Tomi primi Elucidarij, cuius initium est. *Beatissime Pater. Cantabricum Dominium & Cognatio Ioannis Baptistæ Pozæ è Societate Iesu ad pedes Vestræ Sanctitatis abiecti partes iudicialis defensionis tomi primi Elucidarij vltro suscipiunt.*

Liber *inscriptus*; Sanctissimo Domino D. N. Vrbano Papæ Octavo. Cognatio Cantabrica Ioannis Baptistæ Pozæ è Societate Iesu in causa iudiciali Tomi primi Elucidarij, cuius initium est. *Beatissime Pater, Doctor D. Ioannes de Vribe, & Tarza, nomine cognationis Cantabricæ Ioannis Baptistæ Pozæ Societate Iesu ad pedes Vestræ Sanctitatis abiectus partes iudicialis defensionis tomi primi Elucidarij vltro suscipit.*

Libellus sine Titulo, cuius initium; Señor, *El Doctor Don Iuan de Vribe, y Tarza en sus nombre, y en el de los Parientes, y Deudos del Padre Ioan. Baptista Poza de la Compañia de Iesus.*

Et quicumque alij Tractatus, Apologiæ, Informationes, Libelli supplices, *vel* quouis alio nomine expressi pro defensione Elucidarij Deiparæ, *siue* doctrinæ præfati Ioannis Baptistæ Pozæ, *tam* prælo mandati, *quam* manuscripti.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pij Sacræ Congregationis Præfecti, præsens Decretum signatum, & munitum fuit *Romæ*, Die nona Septembris 1632.

C. Episcopus Portuen. Card. Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. B. Marinus Ord. Præd. Mag. & S. C. Secret.

XXXVII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio, *&c* Vt in Decreto præcedenti. *Libri autem sunt.*

Abbregè des Controuerses, *ou* Sommaire des Erreurs de l'Eglise Romaine, *&c.* Par Charles Drelincourt, Ministre de la parole de Dieu en l'Eglise Reformée de Paris.

Archontologia Cosmica Io. Ludouici Gotofredi. *donec corrigatur.*

Caluinismus, Bestiarum Religio, & appellatio pro Dominico Banne. *Per* A. Riuiere.

Danielis Heinsij Aristarchus sacer, *siue* ad Nonni in Ioannem Metaphrasin exercitationes : *donec corrigatur.*

Epistolæ B. Virginis Mariæ ad Messanenses Veritas Vindicata. Permittitur vero, De Epistola B. Virginis Mariæ ad Messanenses Coniectario plurimis rationibus, & verisimilitudinibus locuples. *Auctore* P. Melchiore Inchofer Austriaco è Soc. Iesu, iuxta impressionem Viterbij factam, apud Ludouicum Grignanum 1632.

Francisci Baronij C.P. Vindicata Veritas Panormitana.

Imperatoris Iustiniani Defensio: *aduersus* Alemannum. *Authore* Thoma Riuio Regis in Anglia Aduocato.

Institution de la Sodalitè du Bien-heureux S. Ioseph, erigèe en l'Eglise des Freres Mineurs de l'Obseruance de S. Omer.

Iosephi Scaligeri, Iulij Cæs. à Burden. F. Epistolæ; *donec corrigantur.*

Lexicon Philosophicum informatum *Opera & studio* Rodolphi Goclenij senioris.

Liber *inscriptus.* Delle Conditioni di Abbas Rè di Persia, di Pietro della Valle il Pellegrino, *in Venetia* 1628. Cum Auctor vt suum tantum agnoscat librum, qui Romæ impressus est.

Lucerna in extinguibilis, Ignorantiæ tenebras ab anima fideli indocta procul pellens: breuitate & facilitate inter omnes casuum Conscientiæ Summulas eminus eminens. R.D. Pellegrini Pollettæ de Cisono Vallis Mareni.

Le Mercure Iesuite *ou* Recueil des Pieces, concernants les Progres des *Iesuites, leurs* Escrits, & Differents De puis l'an 1620. iusques à la presente année 1626.

Philander Philanax de Natura, Fine, Medijs Iesuitarum.

Psychologia vera I.B.T. Quæstionibus XL. explicata, *&c.* à Iohanne Angelio VVerdenhagen.

Sanctificatio S. Ioseph Sponsi Virginis, Nutritij Iesu in vtero, asserta, *&c.* Auctore Petro Marchant.

Vniuersæ Naturæ Theatrum: *Autore* Ioanne Bodino.

Vulpina Iesuitica, *hoc est*, Censura Admonitionis Sandæanæ : *Opera*, & *studio* Iacobi Laurentij, Verbi Dei Naerdæ Administri.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Pij Sacræ Congregationis Præfecti præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ* Die decimanona Martij 1633.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Præd. S.C. Secret.

XXXVIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio, *&c.* Vt in Decreto præcedenti. *Libri autem sunt.*

Actio perduellionis in Iesuitas Sacri Romani Imperij iuratos hostes, Authore Philoxeno

lox eno Melandro.

Anatomia Societatis Iesu, *siue* Probatio Spiritus Iesuitarum.

Degl'Aunisi di Parnaso, *overo* Compendio de'Ragguagli di Traiano Boccalino, *di* Francesco Prati.

Continuatione del Commentario delle Guerre successe in Alemagna, *del* Conte Maiolino Bisaccioni.

Defensio Ecclesiæ Anglicanæ Rich. Crakanthorp: opus posthumum, à Ioanne Barkham in lucem editum.

Dialogo di Galileo Galilei, doue ne i congressi di quattro giornate si discorre sopra i due Massimi Sistemi del Monde, Tolemaïco, e Copernicano.

Dissertatio Historico-Politico-Iuridica de Veterum Magistratuum, & hodiernorum *h. e.* Cæsaris, Cameræ Imperialis, Dicasterij Rotvveilensis, Statuum Imperij, Iudicum Austragarum, Alta, itemq; ac Bassa Iurisdictione, Georgii Andreæ Maier *VVeidena-Palatin.*

Expositio noua in verbum hoc, Iudicium, Vincentii Netii Neapolitani.

Eiusdem: Luminoso Sole, per mezzo del quale l'Anima Christiana può intrare nel Sac. Regno della Mistica & occulta Theologia.

Florilegium Insulæ Sanctorum, *seu* Vitæ & Acta Sanctorum Hiberniæ. *Collegit & publicauit* Thomas Messinghamus. *Suspensus donec corrigatur.*

Georgij Fabritij *Cheminensis*, Saxoniæ illustratæ Libri nouem.

Iesuita Exenteratus.

Ioh. Ionstoni Poloni, Naturæ Constantia.

Eiusdem, Thaumarographia naturalis.

Mariale, *siue* Apophthegmata Sanctorum Patrum in omnibus Festiuitatibus, & Materijs Virg. MARIÆ. *Auctore* Gregorio Gallicano. *Suspensus donec corrigatur.*

Mysteria Patrum Societatis Iesu.

Notitiæ Sicilienfium Ecclesiarum, Roccho Pirro *Auctore*. Panormi 1630. *Suspensus donec corrigatur.*

Eiusdem, Voluminis Primi Pars Secunda. *Panormi* 1633. *Suspensus donec corrigatur.*

Politica Imperialis, *siue* Discursus Politici; Ex Bibliotheca Melchioris Goldasti Consil. Saxon.

Prattica per aiutare à ben Morire, anco per quelli, che solo sanno leggere, e per imparare à ben Vivere, da quello che occorre e si deue fare nel tempo della Morte. *Composta* da Gio. Battista de Vilela.

Praxis Confessariorum; Tractatus magnopere necessarius ad Munus Confessorisi *Auctore* Carolo de Baucio. *Neapoli* 1633. *Suspensus donec corrigatur.*

Quæstiones quatuor de sacri Figuratiuis. *Auctore*. Petro Gioffio Empulitano.

Quinta Parte de la Historia Pontifical por Marco de Guadalaxara y Xauier 1630. *En Barcellona, per Sebastian de Cormelles.* Suspensus donec corrigatur.

Rituale, seu Cæremoniale Ecclesiasticum iuxta Ritum S. Matris Ecclesiæ Romanæ, vsumque Fratrum Discalceatorum S. Patris Augustini per Galliam. *Parisijs, apud Sebastianum Cramoisy* 1632. *Suspensus donec corrigatur.*

Il Soldato Suezzese.

Tebaïde sacra, nella quale con l'occasione d'alcuni Padri Eremiti si ragiona di molte, e varie virtù: *Di* Paolo Bozi *Veronese.*

De Veritate, prout distinguitur à Revelatione, à Verisimili, à Possibili, & à Falso. *Hoc opus condidit* Edoardus Baro Herbert de Cherbury in Anglia, & Castri Insulæ de Kerry in Hibernia.

In quorum fidem Manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pij Sacræ Congregationis Præfecti, præsens Decretum signatum, & munitum fuit *Romæ* die 23. Augusti 1634.

C. Episcopus Portuen. Cardinalis Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Præd. S. C. Secr.

SACRÆ

XXXIX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio &c. *Vt in Decreto præcedenti.* Libri autem sunt.

Dissertationes ad Aur. Bullam Caroli IV. Rom. Imperatoris, *&c.* olim à Martino Rumelino ad disputandum propositæ; nunc reuisæ, & multis in locis auctæ à Iohanne Iacobo Speidelio *Stutgardiano.*

De Eminentissima Deiparæ Virginis Perfectione; *Authore* Iohanne Maria Zamora Vtinensi.

Exercitationes Academicæ ex Iure publico deprompeæ, & maximè ad hodiernum S.I.R. Statum accommodatæ à Iohanne Wurmsero.

Ioh. Angelij Werdenhagen Vniuersalis Introductio in omnes Respublicas, *siue* Politica Generalis.

Io. Baptistæ Catumsyriti *Italo-Græci* opera; præterquam ab Authore recognita, Romæ iterum edita, & probata.

Iuris Publici Quæstio Capitalis; Sint-ne Protestantes Iure Cæsareo Hæretici, & vltimo supplicio afficiendi, *&c.* tractatus à Iusto Meiero.

Maria Concetta, *Poema* di Gio. Carlo Coppola.

Tuba Pacis, occenta Scioppiano Belli Sacri-Classico, Salpiste Theodosio Berenico Norico.

Ex Libro *cui Titulus*: Aloysij Nouarinj Veronensis Electa Sacra: *Impressionis Lugdunensis Anni* 1629. auferatur Epistola Dedicatoria Laurentij Durand Impressoris, propter abusum locorum Sacræ Scripturæ.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss & Reuerendiss. D. Cardinalis Pij Sacræ Congregationis Præfecti præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ*, die 9. Maij 1646.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ordinis Præd. Secret.

XL.

MAGISTRI SACRI PALATII.

ESSENDOSI introdotte furtiuamente, e senza le debite licenze, e sparsesi per quest' Alma Città di Roma con iscandolo di molti, alcune opere, panegirici, sonetti, relazioni, & altre compositioni, con lodi non conuenienti di persone heretiche.

Per tanto, Noi Fra Nicolò Riccardi, dell' Ordine de Predicatori, Maestro del Sacro Palazzo, Giudice Ordinario, *&c.* accio nessuno pretenda ignoranza, inherendo alle regole, e prohibizioni antiche, co'l presente Editto prohibiamo, e notifichiamo à tutti li fideli, la prohibizione delle sudette compositioni, *che sono le seguenti.*

Athenæ Batauæ: *siue* de Vrbe Leidensi & Academia, Vtrisque claris qui vtramque ingenio suo atque Scriptis illustrarunt; Ioannis Meursi libri duo; *Lugduni Batauorum apud Andream Cloucquium, & Elzeuirios.*

Bibliotheca, *siue* Thesaurus Virtutis, & Gloriæ, in quo continentur Illustrium eruditione, & doctrina virorum Effigies & vitæ, summa diligentia, & accuratè descriptæ, & in centurias duas distributæ, *per* Ian. Iacobum Boissardum, artificiosissimè in æs incisæ, a Ioanne Theodoro De Bry. Accesserunt Clarissimorum aliquot Virorum Effigies, & Vitæ nunc recens conscriptæ, *Francofurti, sumptibus Guilelmi Fitzeri* 1628. La qual opera benche già sia stata prohibita sotto il nome de Icones Quinquaginta Virorum Illustrium

Illustrium,doctrina & eruditione Præstantium ad viuum effictæ,cum eorum Vitis descriptis à Ioanne Iacobo Boissardo *Vesuntino*,omnia recens in æs artificiosè incisa,& demum foras data per Theodorum de Bry *Leodien.*Francofurti anno 1595. Tuttauia per la mutazione del titolo & l'accrescimento di molte vite & elogij d'heretici, di nuouo si dichiara per totalmente prohibita,quanto à tutte le quattro Parti.

Oratio Panegyrica,qua Victoriæ de Tillio, & exercitu Pontificio ad Schusium VII. Sept.1631. Auspicio,& ductu Serenissimi,Potentissimi,& Inuictissimi Suecorum,Gothorum, ac Vandalorum, *&c.* Regis Dn. Gustaui Adolphi libertatis Germaniæ vindicis partæ,memoriam celebrabat Ianus Ghebardus, Illustrium Groningæ, & Omlandiæ Ordinum,Historiarum,& Græcæ linguæ ibidem Professor publicus,& ordinarius. *Groningæ,ex Officina Ioannis Sas Ordinum,& Academiæ Typographi* 1632.

E finalmente,Qual si uoglia altro libro,panegirico,ragguaglio, elogio, sonetto, ò compositione, imagine impressa ò copiata, in lode del sopra detto e di qualsiuoglia altro heretico,con titoli speciosi in versi ò prosa,& in qualsiuoglia lingua che siano.

E però commandiamo à tutti li Librari, Medagliari, e Stampatori, & ordiniamo à qualsiuoglia altro che si trouara hauere alcuna dalle sudette cose,debbano astenersi di leggerle,e seruirsene,e fra dieci giorni della publicazione di questo nostro Editto consegnarle al nostro Offizio. Auuertendo li transgressori, che oltre l'offesa di Dio, nella quale incorreranno, venendo a notitia nostra, si procederà contro di loro conforme alle pene contenute nelli Sacri Canoni,e nelle regole dell'Indice Romano,& altre pene à nostro arbitrio. *Dato nel Palazzo Apostolico*,questo di 26 Gennaro 1633.

Fr.Nicolaus Riccardius Sac.Pal.Apost.Mag.

Valentinus Valentinus Not.

XLI.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

CVM inter Chalcedonensem Episcopum & Regulares Angliæ, postremis hisce annis nonnullæ controversiæ ortæ sint, & harum occasione varij Libri evulgati,in quibus qui utriusque partis opinionem sequuntur, plures contineri propositiones contendant Catholicæ doctrinæ repugnantes,non sine perturbatione publicæ quietis, & scissura fraternæ charitatis:propterea Sacra Congregatio Indicis ad euellenda radicitus germina discordiarum,& Christianam pacem inter fideles stabiliendam,Litterarum Apostolicarum,tàm quæ à fel.rec. Clemente Papa Octavo sub die v. Octobris 1602.quam quæ à SS. D.N.Vrbano Papa Octauo, sub 9. Maij 1631. ad huiusmodi contentiones in Anglia excitatas supprimendas & libros prohibendos emanarunt, & ad alias Nationes nondum peruenerunt,auctoritatem secuta; decreuit omnes & singulos Libros, Tractatus, & alia quæcumque quouis idiomate & vbicumque impressa, *sive* manu dumtaxat exarata, quæ ad prædictas controuersias spectare, *aut* quacumque ratione directè *vel* indirectè trahi possint, *sive* præfatas contentiones principaliter & immediatè, *sive* occasionaliter & mediatè quomodolibet attingant, supprimenda, prout præsenti Decreto omnino supprimit; mandans omnibus & singulis toto Orbe fidelibus cuiuscumque status,conditionis,præeminentiæ, & dignitatis sub pœna Excommunicationis ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nonnisi à Sancta Sede Apostolica, præterquam in mortis articulo absolui possint; ne yllus in posterum imprimere,manu scribere,*aut* quouis modo de iis rebus tractare, *aut* disputare, *aut* quæstiones mouere audeat.

Ne quis autem ex hoc Decreto alios criminandi,*vel* exprobrandi occasionem aliquam arripiat:eadem Sacra Congregatio expressè declarat,se in præsentia non intendere aliquid de meritis causæ statuere,*vel* vlli Auctori,*aut* Operi ignominiam aliquam, *vel* notam malæ doctrinæ inferre, sed iudicium horum omnium Apostolicæ Sedi in opportunum tempus reseruans,nunc præcipit,ne quis aduersæ partis Libros, Tractatus,*&c.*eorumue Auctores, hæresis *vel* malæ doctrinæ nota, *seu* alia quacumque, ante

Sedis Apostolicæ Diffinitionem verbo, *vel* scripto deinceps afficiat.

In quorum omnium, & singulorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Pij Sacræ Congregationis Præfecti præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ*, die xix. Martij 1633.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Locus † sigilli.

F. Io. Baptista Marinus Ord. Prædic. S. C. Secr.

XLII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Indicis, ad extinguendos inter Sacros Religiosorum Ordines quæstionum fomites, & ob non seruata Sacri Concilij Tridentini præcepta; decreuit & mandauit, sub pœnis in Sacro Romano Indice Librorum Prohibitorum, & Sacris Canonibus contentis, de medio tollendam esse & à fidelium oculis amouendam effigiem Sancti Basilij Magni Cucullati, habitu prorsus Benedictino, Regularum suarum Codicem sinistra manu tradentis quatuor Sanctis Patribus Religiosorum Ordinum Fundatoribus coram se genu flexis; deque dextero latere se se præbentibus in conspectum cæterorum Ordinum etiam Militarium Fundatoribus; additis sub effigie verbis, Ad reuocandum vitæ Communis Cœnobiticæ originem in eiusdem Sancti Patris institutionem: typis æneis expressam à Ioanne de Noort, anno 1634. Ac proinde districtè inhibet omnibus & singulis Christi fidelibus, ne dictam effigiem impressam, pictam, *seu* insculptam, apud se detineant, illamque si quomodolibet apud eos extiterit, locorum Ordinarijs aut Inquisitoribus statim exhiberi iubet. Impressoribus vero, incisoribus, pictoribus, & sculptoribus sub pœnis iisdem, alijsque arbitrio eiusdem Sacræ Congregationis prohibet omnino, ne huiusmodi effigiem moliantur in posterum, nec non formas quascumque, statim à præsentis Decreti notitia confringi præcipit, ac deleri Atque ita vbique locorum ab omnibus & quibuscumque seruari decreuit.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis Pij præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ*, 10. Decembris 1636.

C. Episcopus Portuen. Cardinalis Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Prad. Secr.

XLIII.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V, die 5. Maij MDCXXXIX.

In generali Congregatione S. R. & Vniversalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud S. Petrum coram S. D. N. D. Vrbano *divina Providentia* Papa VIII; *ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, adversus hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

SANCTISSIMVS D. N. D. Vrbanus divina providentia Papa Octauus, attentè perpendens; quòd nulla cura magis anxios & sollicitos habeat Romanos Pontifices, quàm ne lolium & zizania adulterinæ doctrinæ pro sincero veritatis Catholicæ tritico, in agro Dominico succrescant: Quodque ob id fel. recotd. Clemens Octauus, simul atque accepit in quadam vetusta Turri Ciuitatis Granatensis, Torpiana nuncupata,

pro

pro commodiore noui Templi ædificatione, anno 1588. deiecta, scripturam quandam Sanctissimo Apostolo & Euangelistæ Ioanni adscriptam, litterisque Arabicis, Græcis, & Latinis in membrana exaratam, fuisse repertam; Ac deinde in cauernis Montis Illipulitani, dicti sacri, prope eandem Ciuitatem in Regno Granatensi, quosdam libros & laminas plumbeas Arabico sermone, & antiquis characteribus conscriptas, varia de rebus fidei pertractantes, partim Beato Iacobo Apostolo, partim verò quibusdam alijs eius, vt ferebatur, Discipulis attributas, anno 1595 & 1596. effossas fuisse: Iteratis litteris in forma Breuis Petro de Castro Archiepiscopo quondam Granatensi præceperit, vt ab huiusmodi Librorum, non solum iudicio, sed editione etiam & peruulgatione abstineret, ac præterea omnibus & singulis quaecumque auctoritate fungentibus personis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis & censuris suo arbitrio imponendis, iniungeret & mandaret, ne circa eosdem libros & ea quæ in illis continentur, aliquid affirmare vel negare vel aliàs de ijs iudicare quouis modo auderent vel præsumerent; cum nemini præterquam Romano Pontifici de dictis Libris eorumque doctrina iudicare aut statuere liceret; Denique vt omnia ad hæc pertinentia vndique perquireret, ac ad Sedem Apostolicam simul cum ipsis genuinis exemplaribus perferenda curaret, vt matura deliberatione adhibita, tandem decernere posset, quid certò statuendum esset de dictis Libris ac laminis adeo, ob linguæ antiquitatem ac litterarum genus ab huius sæculi vsu remotum, obscuris, dubiis atque implexis, vt *vel* ipse Archiepiscopus fateretur se magnam Interpretum varietatem & difficultates non paucas deprehendisse. Considerans præterea alios deinceps prædecessores suos vehementi sollicitudine in eam cogitationem incubuisse, vt præfati Libri ac laminæ Romam aducctæ a Peritis Linguarum Viris, doctisque Theologis explanari & examinari possent, probe aduertentes, versiones quascumque ad examen & iudicium perfectum ac indubitatum sine ipsis originalibus reuocari non posse. Sanctitas Sua eorum vestigijs insistens, in eadem pariter cura sedulò laborauit, nihilque intentatum reliquit, quatenus Romam dicti libri, ac laminæ ad præfatum finem & effectum transmitterentur. Verum cum rei euentus minimè hactenus votis responderit, & passim iam à pluribus auctoribus in Libris impressis, & ab aliis in publicis Concionibus etiam ad dogmata stabilienda, honorificè citentur, & maiorem venerationem tanquam Diuinæ cuiusdam & Canonicæ auctoritatis in dies acquirant; licet grauissimi Viri & linguarum Periti, magni in contrarium momenti exceptiones atque difficultates attulerint, afferentes non pauca in quibusdam ex dictis scripturis & laminis contineri, quæ impietatem, superstitionem ac errores redolent. Idcirco Sanctitas Sua præcauere interim volens, ne sub commentitio Apostolorum eorumque Discipulorum nomine, adulterinæ fortasse doctrinæ in Ecclesiam Dei irrepant, post grauem & maturam consultationem, auditisque super iis Eminentissimorum & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum votis; statuit præfatos Libros, scripturas ac laminas, quocumque nomine nuncupatas, suspendendas esse, easque præsentis Decreti vigore suspendit. Illisque ac illarum versionibus *seu* interpretationibus fidem aliquam adhiberi, aut venerationem *siue* cultum deferri omnino prohibet, donec Sedes Apostolica definiat, quid tam de laminarum qualitate & doctrina, quam de versionum & interpretationum veritate & fidelitate, tenendum & sequendum sit. Libros similiter omnes, tractatus, responsa, consulta, commentarios, glossas, additamenta, *aut* annotationes, & quæcumque alia, *siue* manu dumtaxat exarata, *siue* typis impressa, quæ ex professo de dictis laminis & scripturis tractant, suspendit penitus ac prohibet, *nec* legi *aut* teneri posse declarat, sed statim Ordinarijs locorum, *seu* hæreticæ prauitatis Inquisitoribus consignari mandat; donec Sedi Apostol. aliter statuere visum fuerit. Si qui vero libri sint, tractatus, aut alia quæuis manuscripta, *seu* typis impressa, quæ ad alias quidem materias spectant, incidenter verò *aut* obiter de dictis laminis *vel* eorum doctrina mentionem faciunt, ijs omnibus pariter, quoad illam partem, omnem prorsus fidem, atque auctoritatem abrogat, & abrogatam esse decernit, talesque Libros & tractatus expungi iubet, aliter inter suspensos & prohibitos donec expurgentur, censeantur. Præterea quia docti nonnunquam Viri tum Granatæ à præfato Archiepiscopo, tùm alibi ab alijs ad dictas laminas interpretandas, *vel* comprobandas, *vel* aliter quomodolibet explanandas conuocati dicuntur; Sanctitas Sua eas conuocationes, congressus, con-

fessus, consultationes, sententias pariter, & iudicia, siquæ inde secuta sunt, nullius prorsus ponderis & auctoritatis fuisse & esse declarat;similiáque deinceps fieri districtè interdicit. Denique omnibus & singulis Christi fidelibus cuiuscumque status, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ quantumuis excelsæ, &, quamuis eorum specialis ac indiuidua mentio facienda esset, præcipit;ne in posterum in ipsorum Librorum *seu* laminarum approbationem quicquam principaliter *vel* incidenter conscribere, *aut* conscriptum à se *vel* ab aliis imprimere, *siue* aliter divulgare, *aut* scribi, imprimi, *vel* diuulgari facere, eosdemque Libros ac laminas ex Arabico, alioue quovis idiomate in aliud quodcumque de cætero conuertere audeant, *aut* in Libris, concionibus, lectionibus, Congregationibus, consultis, *aut* responsis oretenus, *vel* scripto datis, quicquid de ijsdem *aut* earum doctrina tractent, neque Authores de ea tractantes, quòad illam partem, citent; Si qui verò dd. laminarum, *vel* partis earum exemplum habuerint, Ordinarijs locorum *aut* Inquisitoribus, vt præfertur, illud tradere teneantur, neque posthac aliud conficere, *aut* confici facere possint. Atque ita decreuit, & vbique terrarum inuiolabiliter ab omnibus obseruari mandauit. Transgressores autem, *siue* Ecclesiasticos, *siue* laïcos cuiuscunque status, gradus, conditionis, dignitatis, *vel* præeminentiæ quantumuis speciali nota dignæ, excommunicationi, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolui possint eò ipso subiecit: Ac prætereà Regulares in suorum Officiorum, & dignitatum, vocisque actiuæ & passiuæ amissionis, perpetuæque ad illa inhabilitati; Clericos verò Sæculares in dignitatum pariter & Officiorum priuationis, atque perpetuæ eorumdem incapacitatis pœnas ipso facto incurrere voluit; Laïcos autem, præter excommunicationem alijs Ordinariorum, *seu* dd. Inquisitorum arbitrio pro modo culpæ infligendis pœnis, etiam pecuniarijs, & corporalibus coërceri, mandauit. Quibus Typographi quoque plectantur, si ex supra prohibitis, *vel* suspensis aliquid impresserint, ac præterea impressa omnia amittant. Contrariis quibuscunque non obstantibus. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit vt Decretum huiusmodi, *seu* illius exemplum ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent.

Io. Antonius Thomasius Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis Not.

XLIV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Indicis infrascriptos Libros vt damnatos, ac prohibitos publicari censuit; sicuti præsenti Decreto eos damnat, ac prohibet: Mandans omnibus, & singulis cuiuscumque gradus, & conditionis sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne vllus in posterum eos Imprimere, legere, aut *quouis modo apud se retinere audeat; & si quis aliquos illorum habuerit, vt statim omnes à præsentis Decreti notitia locorum Ordinarijs*, aut *Inquisitoribus consignet.* Libri autem sunt;

Ἀσυλία, hoc est, *De Iure Asylorum Tractatus locupletissimus.* Auctore *Georgio Rittershusio*, Conradi F.

Della Communione con Iesu Christo nell'Eucharistia; Contra i *Cardinali Bellarmino, e du Perron. Trattato di Giouanni Mestrezat Ministro della Parola di Dio nella Chiesa di Parigi.* Tradotto dalla Lingua Francese nella volgare Italiana, per *Vincentio Paravicino, Ministro della parola di Dio nelle Chiese di Boudo, e Castesegna in Bregaglia.*

Declaration de François Clouët, cy-deuant appelé Pere Basile, de Roüen, *où il deduit les raisons qu'il a eües de se separer de l'Eglise Romaine, pour se ranger à la Reformée.*

Diuina Sapientia Arte constructa, ad Cognitionem & Amorem Dei acquirendum, Auctore *Ioanne Blanco, Medicinæ Doctore Niceno.*

Edonis Neuhusij Fatidica Sacra, siue *De Diuina Futurorum Pranunciatione, lib. II.*

Iohannis Cluveri opera omnia.

Isaacī

Isaaci Casauboni Epistola, quotquot reperiri potuerunt. Adiecta est Epistola de morbi eius mortisque causa deque ijsdem narratio, Raphaëlis Thorij.

De Manu Regia Tractatus Gabrielis Pereira de Castro.

Il Ministro di Stato del Signor de Silhon; Trasportato dal Francese per *Matio Ziccattà.*

Paradisus Carmelitici Decoris; Auctore *Marco Antonio Alegre de Casanate.*

Il Prencipe Nigello, di Guid' Vbaldo Benamati.

Preuves des Libertez de l'Eglise Gallicane.

Stephani Bauny Mosomensis *Theologia Moralis.*

Eiusdem, *Somme des Pechez qui se commettent en tous Estats.*

Eiusdem, *Pratique du Droict Canonique.*

Sterga Salicea, id est, *Epistola, in qua Pater Orthodoxus Filium Papistam reducere conatur.* Authore *Stephano Gabriele Ecclesiæ Ilantinæ in Grisæo Rhætorum Fœdere Ministro.*

Tractatus de Supplicatione, ad Sanctissimum, à Litteris & Bullis Apostolicis nequam, & importunè impetratis; Et de earum Retentione interim in Senatu: Authore *Francisco Salgado de Somoza.*

Traictez des Droits, & Libertez de l'Eglise Gallicane. Par *M. Pierre Pithou.*

In quorum fidem Manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Cardinalis Pij Sacri Collegij Decani præsens Decretum signatum, & munitum fuit. Romæ, *die* 26. *Octobris* 1640.

C. Episcopus Hostien. Card. Pius. *Locus † Sigilli.*

Fr. Io. B. Marinus Ord. Præd. Secr.

XLV.

Bulla VRBANI Papæ VIII. Prohibitio Libri, *cui titulus*: Augustinus Cornelij Iansenij.

VRBANVS *Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

IN eminenti Ecclesiæ Militantis Sede, *&c.* Postea recol. mem. Paulus Papa V. similiter prædecessor noster, ad tollenda scandala, & dissensiones, quæ in Ecclesia Catholica oriebantur, occasione editionis Librorum & operum de Auxiliis tractantium, in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis, sub die 1. Decembris, Anni Domini 1611. coram ipso habita, decreuit, vt scriberetur Nuntijs Apostolicis, quod notificarent & ordinarent Superioribus Religionum, & Vniuersitatibus Studiorum, & Ordinarijs eorum Nuntiaturæ, ne finerent imprimi in materia de Auxilijs, etiam sub prætextu commentandi S. Thomam, *aut* alio modo; & qui vellent de hac materia scribere & imprimere, prius mitterent Tractatus & Compositiones ad dictam sanctam Vniuersalem Inquisitionem; & in executionem mentis dicti Pauli prædecessoris, eiusdem Decreti tenor omnibus prædictis per Nuntios respectiuè fuit legitimè intimatus: Successiuèque, ne contra prædictum Decretum aliquid attentari contingeret, sed scandala, & dissensiones omnino cessarent; Nos in alia Generali Congregatione dictæ Sanctæ Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis, Feria quinta die 22. Maij, Anno Domini 1625. per aliud Decretum nostrum, ipsum Pauli prædecessoris Decretum confirmavimus & innouauimus; ac omnibus & singulis cuiusuis Religionis, Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis etiam de necessitate exprimendæ, Regularibus, & alijs quibuscumque, tam Ecclesiasticis quam Sæcularibus personis cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm Sæcularis, ne in posterum auderent imprimere, *vel* quomodolibet in lucem edere libros, Tractatus, *vel* compositiones, ex professo *vel* incidenter, aut prætextu commentandi Diuum Thomam, *vel* quemlibet alium Doctorem, *aut* alia quauis occasione, prætextu, *vel* modo, de materia Auxiliorum Diuinorum tractantes, sine expressa & speciali licentia à Nobis, in Congregatione Sancti Officij prædicta, obtinenda, donec aliud

aliud in hac materia à Sede Apostolica foret ordinatum; districtè præcepimus & mandauimus; & vt huiusmodi nostrum Decretum inuiolabiliter obseruetur, voluimus & declarauimus, Contrauenientes, pœnas priuationis Dignitatum, & officiorum suorum, vocis actiuæ & passiuæ, facultatis concionandi, publicè legendi, docendi, & interpretandi, ipso facto, absque alia declaratione, incurrere, & nihilominus alijs etiam pœnis nostro, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum arbitrio infligendis subiacere. Librosque quos ex tunc deinceps, contra dicti nostri Decreti tenorem, edi contingeret, absque alia declaratione, tanquam expressè prohibitos haberi, & Impressores, præter amissionem Librorum, pecuniarijs aliisque corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem teneri. Nouissimè tandem accepto per Nos; *in Oppido (Ciuitate nuncupato) Louaniensi*, quosdam assertos Cornelij Iansenij olim Episcopi Iprensis executores ex testamento, in lucem edi curasse Librum, *cui titulus* Augustinus, ex professo continentem & tractantem materiam de Auxilijs, nulla penitùs petita *vel* obtenta à dicta Congregatione licentia illum imprimendi; eiusque operis occasione Patres Societatis Iesu, nonnullas in Ciuitate Antuerpien. de eadem materia tractantes Theses, pariter absque licentia eiusdem Congregationis, imprimi curasse, opinionesque Iansenij in prædicto libro contentas oppugnasse, rursumque nonnullas alias, orationes, scripturas, Epistolas, Thesesque, in calce infrascripti Decreti nostri tunc registratas, tam pro dicti Libri Iansenij, quàm Thesium à Patribus Iesuitis editarum defensione impressas fuisse, non solùm contra prædictorum Decretorum prohibitionem, sed etiam in graue scandalum & offensionem Ecclesiæ Catholicæ: Nos vt malis huiusmodi imminentibus quanto citiùs occurreretur, & ne in posterum vllus auderet dictis Decretis contraire, per aliud Decretum in alia plena & generali Congregatione eiusdem Sanctæ Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis coram Nobis die primo Augusti proximè præteriti habita, inhærendo prioribus Decretis à Paulo prædecessore, & à nobis, vt supra, editis, pro tunc dictum librum Iansenij, *cui titulus*, Augustinus, Louanij impressum, necnon Theses à Patribus Societatis Iesu Antuerpiæ in lucem editas, aliasque scripturas in calce posterioris nostri Decreti huiusmodi registratas, iam vigore anteriorum supradictorum Decretorum prohibitas; de *nouo prohibuimus*, ac pro prohibitis omnino haberi voluimus Mandauimusque sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ, ne quis cuiuscunque status, gradus, conditionis, & qualitatis, etiam speciali & specialissima nota dignæ, librum & Theses prædictas, aliasque *scripturas*, vt supra, absque dictæ Sedis licentia in dicta Congregatione *Sancti Officij* obtinenda, retinere & legere posset. Mandauimus insuper omnibus, *& singulis* cuiusvis Religionis, Ordinis, & Dignitatis, Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali dignitate suffultis, Collegijs & Vniuersitatibus, sub prædictis, vt supra, excommunicationis, ipso facto incurrendæ, Interdicti Ecclesiastici, respectivè, aliisque, arbitrio nostro, pœnis infligendis, etiam corporalibus, ne in posterum auderent imprimere, nec quomodo in lucem edere Libros, Tractatus compositiones, ex professo *vel* incidenter, etiam sub prætextu commentandi Diuum Thomam, *seu* in Philosophicis, agendi de concursu causæ primæ cum secunda, & præsertim defendendi, aut impugnandi librum dicti Iansenij, *cuius titulus*, Augustinus, *vel* Theses Patrum Societatis Iesu, aliasque scripturas in calce dicti posterioris nostri Decreti, vt præfertur, registratas & prohibitas, *aut* alia quauis occasione *vel* modo, de materia Auxiliorum diuinorum *seu* de Gratia & Libero arbitrio tractantes, sine expressa licentia à nobis in dicta Congregatione Sancti Officij obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apostolica prædicta foret ordinatum. Absolutionem verò à prædicta excommunicatione, necnon interdicti suspensionem & relaxationem, Nobis & dictæ Congregationi reseruauimus; Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, etiam Sanctæ Cruciatæ, Iubilæi (etiam generalis) & facultatibus Missionariorum, ac alijs à dicta Sede emanatis *seu* emanandis; quibus omnibus in hac parte derogauimus: Voluimusque ea omnia suum plenarium sortiri effectum, omnesque contrafacientes, vt suprà, ligare, nec quemquam excusari posse, etiam sub prætextu, quod anteriora Decreta Pauli prædecessoris, & nostra, aliàs, vt præfertur edita, non forent in Prouinciis intimata, *vel* vsu recepta. Irritum quoque, & inane decreuimus quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter *vel* ignoranter contingeret attentari; Contrariis quibuscunque

cunque non obstantibus. Et ne præmissorum ignorantia possec ab aliquo prætendi volumus,vt posterius nostrum Decretum huiusmodi *seu* illius exemplum, ad Valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis & Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie, Campi floræ,affixum,omnes ita arctaret & afficeret, ac si vnicuique personaliter intimatum foret. Nota verò Librorum, & scripturarum prohibitarum, in calcè posterioris Decreti nostri huiusmodi registratarum,hæc est. Liber *cui titulus*, Augustinus, impressus Louanij Typis Iacobi Zezeri Anno 1640. & Parisijs 1641. Theses Theologicæ de Gratiâ,Liberò arbitrio,& Prædestinatione, Antuerpiæ apud Ioannem Meursium Anno 1641. Cornelij Iansenij Iprensis Episcopi, *&c.* Laudatio Funeralis dicta à R. Fratre Ioanne à Lapide, *&c.* Louanij, Typis Bernardini Marij, *&c.* Epistola idiomate Hispano, All'Eminentissimo y Reuerendissimo Señor Cardinal de la Cueua, de la Congregacion de la S. Inquisicion,por el P.Pedro Biuero de la Compania de Iesus, Predicador del Señor Cardinal Infante; Dat. in Bruxellas 26. Henero 1641. Memoriale idiomate Hispano Cardinali Infanti Hispan. incipiens *Serenissimo Señor*, & finiens *Como es V. Cathol. Real. A.* Libellus,cui titulus, Humilis, & supplex querimonia Iacobi Zegers Typogr.Louan. adversus Libellum .R.P.S.I. Regiæ Cappellæ Bruxell. Concionatoris,& Theses PP. Societatis, Louanij apud Iacobum Zegers anno 1641. primæ,secundæ, & tertiæ editionis. Memoriale ad Eminentissimum Cardinalem de la Cueua, circa Querimoniam frivolam Iansenianam,*&c.* contra Theses Theologicas, & Libellum supplicem, *&c.* Eiusdem de eodem tela ingesta & regesta. Theses Theologicæ, Apologeticæ.& Miscellaneæ aduersus doctrinam Cornelij, *&c.* sub prætextu querimoniæ Typographi Louaniensis, editionis secundæ,*&c.* Antuerpiæ apud Ioannem Meursium Anno 1641. Libellus, *cui titulus*, Augustini Hipponensis,& Augustini Iprensis,de Deo omnes saluare volente, *&c.* Homologia,*&c.* Louanij apud Iacobum Zegers Anno 1641. Epistola Liberti Fromundi, & Henrici Caleni Louanij 16. Iunij 1641. R. P. Societ. Iesu Louan.incipiens,*Theses vestras.* Epistola Professorum S.Thom.Colleg. Societ. Iesu Louan. Liberto Fromundo,& Henrico Caleno,incipiens *Gratias agimus*, &c. Epistola, cui titulus,Petrus Biuerus Doctoribus Iansenianis, &c. Ad rem, &c. incipiens, *Ad rem Amici*, &c. Somnium Hipponense,siue de Controuersijs, &c. Relatore Phyletimo S.T. Baccal.Formato,Parisijs anno 1641. Insuper omnes alij libri,Opuscula, Epistolæ, Orationes,Theses,*&c.* aliaque omnia tam edita hucusque quam imprimenda, tam contra quam pro Cornelio Iansenio,ac Patribus Iesuitis. Cùm autem ex diligenti, & matura einsdem Libri,*cui titulus*,Augustinus,lectione,postmodum compertum fuerit, in eodē libro multas ex propositionibus à prædecessoribus nostris olim,vt præfertur,damnatas, contineri,& magno cum Catholicorum scandalo, & auctoritatis dictæ Sedis contemptu,contra præfatas damnationes, & prohibitiones defendi; Nos huic malo,in scandalum totius Reipublicæ Christianæ & Fidei Catholicæ perniciem vertendi, opportunū remedium adhibere volentes:Constitutionis Gregorij ac Pauli prædecessorum prædictorum nostrorum,necnon Decretorum huiusmodi totos,& integros tenores,ac Datas etiam veriores præsentibus pro taliter expressis, & insertis habentes; Motu proprio, ex certa scientia nostra,ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac perpetuo valitura Constitutione eiusdem Pij & Gregorij prædecessorum,huiusmodi Constitutiones prædictas,omniaque & singula in eis contenta,Apostolica auctoritate tenore præsentium, perpetuo confirmamus & approbamus;Librumque prædictum,*cui titulus est*,Augustinus Articulos,opiniones,& sententias in dictis Constitutionibus reprobatas atque damnatas,vt à Nobis compertum est,continentem & renouantem,aliaque omnia opera præsentibus nostris litteris subinserta,quæ alijs sub posteriori Decreto nostro prædicto registratis,per præsentes addimus,atque adiungimus, eadem auctoritate, per præsentes omnino prohibemus,ac pro vetitis & prohibitis haberi volumus & mandamus.Iubentes insuper sub omnibus pœnis,& censuris in prædicta Constitutione Pij prædecessoris, contentis (à quibus,nullus Romano Pontifice inferior,excepto mortis articulo,absoluere contrafacientes possit) ne quis cuiuscunque conditionis & qualitatis sit, etiam speciali & specialissima nota & expressione dignus,de prædictis, vt supra, damnatis, & in prædicto Libro contentis,alijsque (vt infra)subinsertis, Articulis, Opinionibus, sententijs,Libellis,Orationibus, Scripturis, Epistolis, Thesibus, quoque pacto loqui, scribere & disputare audeat;Librumque, & alia prædicta penes se retinere *vel* legere

præsu-

præsumat. Remanente nihilominus in reliquis in suo robore posteriori Decreto à Nobis in Sacra Supremæ & Vniversalis Inquisitionis Congregatione, vt præfertur, edito, Decernentesque sic & non aliàs in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Interpretes, Doctores, Academias, Vniversitates, & Studia generalia, aliasque personas, Iudices Ordinarios, delegatos, mixtos etiam Nuntios nostros, & Sedis prædictæ, sublata eis, & eorum cuilibet, qualibet aliter iudicandi & interpretandi ac glossandi & decidendi facultate & auctoritate, vbique iudicari & definiri debere. Irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter *vel* ignoranter attentatum forsan est hactenus, *vel* in posterum contigerit attentari. Non obstantibus, omnibus quæ in dicto nostro posteriori Decreto voluimus non obstare Cæterisque contrarijs quibuscumque. Opera verò addita alijs, in calce posterioris nostri Decreti, vt præfertur, registratis & prohibitis, sunt sequentia, *videlicet*: Liberti Fromundi Sacræ Theologiæ Doctoris, *&c.* Breuis Anatomia hominis, Louanij apud Iacobum Zegers, *&c.* Anno 1641. Conuentus Africanus, siue disceptatio Iudicialis apud Tribunal Præsulis Augustini, *&c.* enarratore Artemidoro Oneirocritico, A Rouën, Chez Nicolas de Montraigne Anno 1641. Memorial au Roy, incipiens, *Iean Iansenius Chanoine*, &c. & finiens *contra illa duo Decreta Summorum Pontificum*, &c. Item attestatio Notarialis, *&c.* incipiens; *Ego infrascriptus*, & finiens, *Petrus Mentart Notarius.* Approbatio sub nomine nonnullorum Theologorum ex variis Religionibus, tam Ordinum Monachalium quàm Mendicantium, necnon Archiepiscopi Philippensis, aliorumue Theologorum Clericorum Sæcularium, Doctrinæ Cornelij Iansenij in dicto Libro Augustinus, contentæ, incipiens. *Quid censendum sit de doctrina in opere Reverendiss. D. Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis fel. me. nuncup. Augustinus, contenta, patebit ex subsequentibus attestationibus Doctissimorum Virorum in Belgio & alibi existentium*, &c. & finiens: *Et me publico & Apostolico, ac dictæ Vniversitatis Notario & Scriba iurato, Quod attestor, Petrus Mentart. Notarius.* Vt autem præsentes nostræ Litteræ, omniáque & singula in eisdem Litteris, vt supra contenta ad omnium notitiam deducantur, nec illarum ignorantia ab aliquo allegari possit, volumus easdem præsentes nostras Litteras, *seu* earum transumptum, etiam impressum (cui manu Notarij publici subscripto, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munito, plenam vbique locorum, & tam in iudicio quàm extrà illud fidem adhiberi decernimus) in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ Valuis, atque in Acie Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus Palatij Apostolici publicari & affigi, earumque copiam inibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiæ affixæ dimissionem huiusmodi *in omnibus*, & quoad omnia sufficere, & pro solemni & legitima haberi, nec aliam publicationem in Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, & locis requiri, *aut* expectari debere, omnesque, & singulos perinde arctare & afficere, ac si vnicuique nominatim ac personaliter intimatæ atque præsentatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, additionis, adiunctionis, prohibitionis, iussionis, Decreti & voluntatis infringere, *vel* ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. *Datum Romæ*, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, Pridie Nonas Martij, Pontificatus Nostri Anno Decimonono.

E. DAT.

Visa de Curia P. Gentilis: *F. Merolus.* *P. Ciampinus.*

SANCTÆ

XLVI.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria 5. Die prima Augusti MDCXXXXI.

In Congregatione Generali S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. VRBANO *diuina prouidentia* Papa Octauo, *ac Eminentiss. & Reuerendiss.* DD.S.R.E. *Cardinalibus in Vniuersa Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.*

ALIAS fel. record. Paulus Papa V. ad tollenda scandala & dissensiones, quæ in Ecclesia Catholica oriebantur occasione editionis Librorum & operum de Auxiliis tractantium, in generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis Decretum infrascriptum edidit. Sanctissimus D. Noster decreuit, vt scribatur Nuntijs Apostolicis, quod notificent & ordinent Superioribus Religiosorum, Vniuersitatibus Studiorum, & Ordinariis suæ Nuntiaturæ, ne fiant imprimi in materia de Auxilijs, etiam sub prætextu commentandi Sanctum Thomam aut alio modo, & qui volunt de hac materia scribere, & imprimere prius mittant tractatus, & compositiones ad hanc sanctam Inquisitionem.

Cuius quidem Decreti tenor in executionem mentis Sanctitatis Suæ omnibus prædictis per Nuntios respectiuè legitimè fuit intimatus. Ne tamen contra prædictum Decretum aliquid attentari contingeret, sed scandala, & dissensiones omnino cessarent; Sanctissimus D. N. in eadem Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Feria Quinta, die 22. Maij, anno à Natiuitate Domini 1625. aliud suum Decretum edidit tenoris infrascripti.

Sanctissimus D. N. supradictum Decretum, hoc suo præsenti Decreto confirmauit, & innouauit, districtè præcipiens, & mandans omnibus, & singulis cuiusuis Religionis, Ordinis, Congregationis, Instituti, Societatis etiam de necessitate exprimendæ, Regularibus, & alijs quibuscunque tam Ecclesiasticis quàm Sæcularibus personis cuiusque status, conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis tam Ecclesiasticæ quàm Sæcularis, vt in posterum non audeant imprimere, *vel* quoquomodo in lucem edere Libros, tractatus *vel* compositiones ex professo *vel* incidenter, *aut* prætextu commentandi Diuum Thomam, *vel* quemlibet alium Doctorem, *aut* alia quauis occasione, prætextu *vel* modo de materia Auxiliorum Diuinorum tractantes sine expressa & speciali licentia à Sanctitate Sua in Congregatione Sancti Officij obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apostolica fuerit ordinatum.

Vt autem huiusmodi Decretum inuiolabiliter obseruetur eadem Sanctitas *Sua* voluit & declarauit contrauenientes pœnas priuationis, Dignitatum, Officiorum suorum vocis actiuæ & passiuæ, facultatis concionandi, publicè legendi, docendi, & interpretandi ipso facto absque alia declaratione incurrere, & nihilominus alijs etiam pœnis Sanctitatis Suæ, & successorum suorum Romanorum Pontificum arbitrio infligendis, subiacere.

Libros porrò, quos in futurum contra præsentis Decreti tenorem edi contigerit absque alia declaratione tanquam expressè prohibitos haberi voluit. Et Impressores præter amissionem Librorum pecuniarijs, alijsque corporalibus pœnis iuxta criminis grauitatem teneri mandauit. Contrarijs quibuscunque non obstantibus.

Cum verò Sanctitati Suæ nuper innotuerit, in Ciuitate Louaniensi quosdam assertos Cornelij Iansenij olim Episcopi Iprensis Executores ex testamento, in lucem edi curasse Librum, *cui titulus*, Augustinus, ex professo continentem, & tractantem materiam de Auxilijs, nulla penitus petita *vel* obtenta ab hac Sacra Congregatione licentia

illum imprimendi; cuius operis occasione Patres Societates Iesu nonnullas in Civitate Antuerpien. de eadem materia tractantes Theses, pariter absque licentia eiusdem Sacræ Congregationis imprimi curasse, opinionesque Iansenij in prædicto Libro oppugnasse: Rursusque nonnullos alios libellos, orationes, scripturas, epistolas, Theses inferius registrandas, tam pro dicti Libri Iansenij, quàm Thesium à Patribus Iesuitis editarum defensione impressas fuisse, non solum contra præsentium Decretorum prohibitionem, sed in graue scandalum & offensionem Ecclesiæ Catholicæ. Vt malis huiusmodi imminentibus quanto citius occurratur, & in posterum nullus audeat dictis Decretis contraire. Pro nunc, eadem Sanctitas Sua inhærendo Decretis à Paulo V. & à Sanctitate Sua emanatis, dictum Librum Iansenij, *cui titulus*, Augustinus, Louanij impressum, necnon Theses à Patribus Societatis Iesu Antuerpiæ in lucem editas, aliasque scripturas in calce præsentis Decreti registrandas, iam vigore supradictorum Decretorum prohibitas, hoc præsenti suo Decreto, de nouo prohibet, ac pro prohibitis omnino haberi voluit. Mandauitque sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ ne quis cuiusque status, gradus, conditionis, & qualitatis etiam speciali & specialiter nota dignæ, librum & Theses prædictas, aliasque scripturas, vt supra, absque Sedis Apostolicæ licentia in Congregatione Sancti Officij obtinenda, retinere ac legere possit. Insuper mandauit omnibus & singulis cuiusuis Religionis, Ordinis, Congregationis, Instituti Societatis, etiam de necessitate exprimendæ, Regularibus, & alijs quibuscunque tam Ecclesiasticis quàm Secularibus personis, cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis, Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali dignitate suffultis, Collegijs, Vniversitatibus, sub prædictis pœnis, vt supra, excommunicationis ipso facto incurrendæ, Interdicti Ecclesiastici respectiuè, aliisque arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis infligen. etiam corporalibus, ne in posterum audeant imprimere, nec quoque modo in lucem edere libros, Tractatus, Compositiones ex professo *vel* incidenter etiam sub prætextu commentandi Diuum Thomam, *seu* in Philosophicis agendi de concursu causæ primæ cum secunda, & præsertim defendendi *aut* impugnãdi Librum d. Cornelij Iansenij, *cui titulus*, Augustinus, *vel* Theses Patrum Societatis Iesu, aliasque scripturas, vt infra, prohibitas, *aut* alia quauis occasione *vel* modo de materia Auxiliorum Diuinorum, *seu* de Gratia & Libero arbitrio tractantes, sine expressa & speciali licentia à Sanctitate Sua in Congregatione Sancti Officij obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apostolica fuerit ordinatum. Absolutionem verò à prædicta excommunicatione, necnon Interdicti suspensionem, & relaxationem Sanctitati Suæ, & Sacræ Congregationi reseruauit Non obstantibus quibuscunque priuilegijs *etiam S.* Cruciatæ, Iubilæi etiam generalis, & facultatibus Missionariorum, ac aliis à sancta Sede emanatis *seu* emanandis; quibus omnibus in hac parte Sanctitas Sua derogat. Voluitq; Sanctitas Sua hæc omnia suum plenarium sortiri effectum omnesque contrafacientes vt supra ligare, nec quemquam excusari posse etiam sub prætextu, quod Decreta Pauli V. & Sanctitatis Suæ aliàs emanata, non fuerint in Prouinciis intimata, *vel* vsu recepta. Irritum quoque & inane quicquid super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter *vel* ignoranter contigerit attentari, decernit. Contrarijs quibuscunque non obstantibus. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi voluit, vt Decretum huiusmodi, *seu* illius exemplum ad Valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Nota Librorum, & Scripturarum Prohibitarum.

Liber, *cui titulus* Augustinus, *impressus Louanij*, *Typis Iacobi Zegeri*, *anno* 1640. & *Parisijs* 1641.

Theses Theologicæ, de Gratia, Libero arbitrio, & Prædestinatione. *Antuerpiæ, apud Ioannem Meursium*, *Anno* 1641.

Cornelij Iansenij Iprensis Episcopi, *&c.* Laudatio Funeralis dicta à R. Fratre Ioanne à Lapide, *&c.* Louanij Typis Bernardini Marij, *&c.*

Cæterùm cum tam Romæ, quàm alibi circumferantur, quædam aſſerta Acta manuſcripta, & forſan Typis excuſa, Congregationum habitarum coràm fæl. record. Clement. VIII. ac Paulo V. ſuper quæſtione de Auxilijs Diuinæ Gratiæ, tam ſub nomine Franciſci Pegnæ olim Rotæ Romanæ Decani, quàm Fratris Thomæ de Lemos Ordinis Prædicatorum, aliorumque Prælatorum, & Theologorum, qui vt aſſeritur, *prædictis* interfuerunt Congregationibus: Necnon quoddam Autographum *ſiue exemplar cuiuſdam* aſſertæ Conſtitutionis eiuſdem Pauli V. ſuper definitione prædictæ Quæſtionis de Auxilijs, ac Damnationis ſententiæ *ſeu* ſententiarum Ludouici Molinæ Societatis Ieſu: Eadem Sanctitas Sua præſenti hoc decreto declarat, ac decernit, prædictis aſſertis Actis, tam pro ſententia Fratrum Ordinis S. Dominici, quàm Ludouici Molinæ, aliorumque Societatis Ieſu Religioſorum, & Autographo, *ſiue* exemplari prædictæ aſſertæ Conſtitutionis Pauli V. nullam omnino eſſe fidem adhibendam, neque ab alterutra parte, *ſeu* à quocumque alio allegari poſſe, *vel* debere; ſed ſuper quæſtione prædicta obſeruanda eſſe decreta Pauli V. & Vrbani Octaui ſuorum prædeceſſorum.

Io. Antonius Thomoſius S. Romana, & Vniuerſalis Inquiſitionis Not.

LX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac reſpectiuè ſuſpenſi fuerunt infraſcripti omnes Libri, vbicunque & quocunque idiomate impreſſi imprimendiue. Nemo euiuſcumque gradus, & conditionis eos in poſterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quos interim habuerit, Inquiſitoribus, *ſeu* locorum Ordinarijs à præſentis Decreti notitia tradat ſub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis. *Libri autem ſunt.*

Elementa Philoſophica de Ciue, *Authore* Thoma Hobbes, *Malmesburgenſe.*

Eliz

Eliæ Schedij De Dis Germanis, *ſive* de veteri Germanorum, Gallorum, Britannorum, Vandalorum Religione, ſyngrammata quatuor.

Gerardi Ioannis Voſſi Diſſertationes tres de tribus ſymbolis Apoſtolico, Athanaſiano, & Conſtantinopolitano.

Ioannis Ovven *Oxonienſis Angli*, Epigrammata.

Iulij Clementis Scotti Placentini, Pædiæ Peripateticæ Diſſertationes octo, *&c.*

De Priſca, & recenti immunitate Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum libertate, generales Controverſiæ in duos libros diſtinctæ, *&c.* Authore *Mario* Cuttelli Villæ Roſatæ Comite, *&c.* Tomus Prior.

Ioannis Michaëlis Dilheri Franci, Diſputationum Academicarum præcipuè Philologicarum Tom. 1. & 2.

Libellus *inſcriptus*; In Nomine Ieſu, Vindiciæ Pacificationis Oſnabrugenſis, & Monaſterienſis, *&c.* Auctore *Ludovico* de Monte Sperato *I.C.German.*

Liber *inſcriptus*; Camino del Cielo, *ouero* Prattiche ſpirituali del *P. Luigi* Sidereo Parte II. *donec corrigatur.*

Liber *inſcriptus*; Nuda veritas, *ſiue* Apologetica Dilucidatio cuiuſdam Epiſtolæ Capituli Conimbricenſis, *&c.* Auctore *Cæſare* Dignier quondam Soliſo, *&c.*

Liber *inſcriptus*; Taxa S. Cancellariæ Apoſtolicæ in lucem emiſſa, & notis illuſtrata à L. Banck *Norcopenſe Gotho*, &c.

Marci Vidal Arca Vitalis, *ſeu* Inquiſitiones Theologicæ Morales.

Miſcella Theologica de ſanctimonia, bonis operibus, loquendi, & ſentiendi modis in illis, *&c.* & ſuperſtitioſis quibuſdam feſtis, *&c.* Authore *Henrico* Nicolai *Theol. & Phil. Profeſſore.*

Nouo Quareſimale del *P.F. Diego* da Lequile, *&c.* donec corrigatur.

Eiuſdem, La vite Mariana, *donec corrigatur.*

Promptuarium Allegoriarum diſtributum in Centurias xviij. & ſupra: *Authore* Ioanne Botſacco, *&c.*

Quæſtiones Morales, & Legales. *Authore* Angelo Maria Verricelli.

Theatrum Hiſtoricum, *Chriſtiano* Matthia *Authore.*

Vindiciarum Catholicarum Hiberniæ *Authore* Philopatro Ireneo ad Alitophilum Libri duo, *&c.*

In quorum fidem Manu, & ſigillo Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Spadæ Epiſcopi Sabinen. ſupradictæ Sacræ Congregationis Præfecti præſens Decretum ſignatum, & munitum fuit. *Romæ*, die 10. Iunij 1654.

B. Cardinalis Spada Epiſcopus Sabinen. Præf.

Locus † ſigilli.

Fr. Raimundus Capiſuccus Ord. Præd. S. C. Secr.

LXI.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria IV. Die 12. Maij 1655.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Conuentu Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, coram Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Dominis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, in Vniuerſa Republica Chriſtiana contra hæreticam prauitatem Inquiſitoribus Generalibus à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

PRODIERVNT aliqui Libri, qui niſi, *vel* omnino, *vel* in Parte è medio tollantur, erroribus Chriſti fideles inficere poſſunt: Propterea Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinales Inquiſitores Generales prædicti, infraſcriptos Libros Prohibēdos eſſe reſpe-

ctiuè voluerunt, prout, præsenti Decreto respectiuè prohibent. Mandantes, vt deinceps nullus cuiuscumque gradus, & conditionis existat sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino,& in Indice Librorum Prohibitorum contentis, illos imprimere, *vel* imprimi curare audeat, *aut* apud se quomodocumque retinere, *aut* legere: Et sub iisdem pœnis quicumque illos habent, *vel* habebunt in futurum locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus statim à præsentis Decreti notitia exhibere teneantur. *Libri autem sunt.*

Trutina D. Io. Baptistæ Chiauettæ Doct. Theol. Panormitan. qua DD. Iosephi Balli sententia eo Libro contenta, cuius titulus est, *Ænigma dissolutum, de modo existendi Christi Domini sub speciebus Panis, & Vini in Augustissimo Eucharistia Sacramento*, ad æquissimum examen expenditur. In Ciuitate Mon. Reg. apud Petrum Seaglione 1645. omnino prohibetur.

Defensio vestigationum Peripateticarum Matthei Ferchij Veglensis Theologi in Vniuersitate Patauina, ab offensionibus Belluti, & Mastrij, *Patauij* 1646. *donec corrigatur.*


Sacra Moralis Doctrina de statu sopernaturali Humanæ Naturæ, *&c.* à Zacharia Pasqualigo Veronensi Cler. Reg. S. T. P. *Venetijs, apud Bertanos.* Anno Iubilei 1650. *donec corrigatur.*

Origenes defensus, *siue* Origenis Adamantij Presb. Amatoris Iesu Vita, Virtutes Documenta, *&c.* Auctore R. P. Halloix *Leodiensi Societatis Iesu Theologo.* Leodij 1648. *donec corrigatur.*

Sonus Buccinæ, *siue* tres Tractatus, de virtutibus Fidei, & Theologiæ, de principijs earumdem, & de erroribus oppositis. *Authore* Thoma Anglo ex Albiis East Saxonum, *&c.* Parisijs, 1654. *omninò prohibetur.*

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † sigilli.



LXII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

Feria III. die 6. Iulij 1655.

In Sac. & generali Congregatione Indicis Romæ habita in Palatio Apostolico Quirinali, coram Eminentiss. & Reuerendiss. DD. S.R.E. Cardinalibus, ad Indicem Librorum eorumdem permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica Christiana à sancta Sede Apostolica deputatis.

EMINENTISSIMI, ac Reuerendissimi DD. correctioni Quinti Tomi Cursus Theologici Patris Francisci Amici Societatis Iesu, vltimam manum imponere volentes auditis Relatoribus, iusserunt expungi vltimam partem sectionis septimæ disputationis trigesimæ sextæ, vbi agitur de damno iniustè illato in bona corporis, eiusque compensatione; Idest, *aut* auferri in nouis impressionibus, *aut* oblitterari in impressis totum illud, quod continetur intrà lineas, illam, *caterum & si verum sit nullum dedecus esse*, atque illam, *maturo iudicio relicto penes prudentem Lectorem.* Sicque correctum, atque emendatum, iidem Eminentissimi, ac Reuerendissimi DD. seruatis aliàs seruandis iterum imprimi, ac euulgari permiserunt, impressos verò, ac euulgatos ita oblitteratos, licitè, ac liberè retineri, & legi posse declarauerunt. *Dat. Romæ,* loco & tempore supradictis.

Fr. Hyacinthus Libellus Ord. Prædicat. S. Congreg. Secret.

Loco† sigilli.

SANCTÆ

LXIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respectiue suspensi fuerunt infrascripti omnes libri, vbicumque, & quocumque idiomate impressi, imprimendiue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, vel *imprimat,* vel *legat,* vel *retineat. Si quos interim habuerit, Inquisitoribus,* seu *locorum Ordinarijs, à præsentis Decreti notitia tradat sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis.* Libri sunt.

Benedicti Carpzouij Opera sequentia.

Practica noua Imperialis Saxonica in Partes tres diuisa.

In Legem Regiam Germanorum.

Decisiones Illustres Saxonica rerum, & quæstionum Forensium in Serenissimi Electoris Saxoniæ supremo appellationum Iudicio, & Scabinatu Lipsiensi vtramque in partem ventilatarum ac discussarum, responsis & iudicatis Dicasterij vtriusque corroborata.

Decisionum Illustrium Saxonicarum Pars secunda; Causas & Quæstiones Forenses in Serenissimi Electoris Saxoniæ Senatu appellationum, Dresdensi Curia prouinciali, suprema facultate Iuridica, & Scabinatu Lipsiensi, vtramque in partem ventilatas, discussas & determinatas, responsisque & indicatis Tribunalium horum & Dicasteriorum corroboratas exhibens.

Ioannis Markieuicz Canonici VVarmiensis Poloni, Opuscula sequentia.

Scandalum expurgatum in laudem Instituti Societatis Iesu.

Speculum Zeli, à pessimis ad exemplar malitiæ contra Sacros Canones, & Iurisdictionem Ecclesiasticam elucubratum, & sic sub nomine ficti cuiusdam Adami Niesielski, ad contemplationem, & censuram Ioanni Markieuicz Canonico VVarmiensi, in forma famosi libelli dedicatum, & oblatum; ab eodem contemplatum, censuratum, & tanquam pestiferum, & scandalosum refutatum.

Manuelis Calado liber inscriptus. O Valeroso Lucideno, e Triumpho da liberdade; *primeira parte, donec corrigatur.*

Petri de Alua, & Astorga liber cui titulus; Prodigium Naturæ, & Portentum Gratiæ.

In quorum fidem manu, & sigillo Emiuentiss. & Reuerendiss. D. D. Cardin. Spada Episcopi Prænestini supradicta Sacræ Congregationis Præfecti, præsens Decretum signatum, & munitum fuit. Romæ, *die 24. Nouembris 1655.*

B. Card. Spada Præf.

Loco † sigilli.

Fr. Hyacinthus Libellus Magister. & Sac. Congr. Secr.

LIV.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria IV. die 29. Martij 1656.

In generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Conuentu S. Mariæ super Mineruam coram Eminentiss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SACRA Congregatio, attenta præsentatione facta in S. Officio à Patre Zacharia Pasqualigo resecationis auctoritatis, quæ referuntur Sectione quinta tom. 2. Theologiæ Moralis dicti P. Pasqualigi, prout in folio impresso signato num. 45. & 46. ad quod, &c.

ac attestatione Patrum Fratrum, Marci Antonij à Carpineto, Procuratoris Generalis Ordinis Capuccinorum, & Ioannis Augustini à Natiuitate, Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, correctionem dicti libri fuisse factam ad formam præscriptam à P. P. Qualificatoribus S. Officij, prout in Actis, &c. censuit, dictam correctionem esse approbandam, prout præsenti Decreto approbat, & ideò concedit prædicto P. Pasqualigo facultatem publicandi prædictum librum sic correctum, &c.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † sigilli.

Regist. fol. 51.

LXV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SAC. Indicis Congregationis decreto damnati, prohibiti, ac respectiuè suspensi fuerunt infrascripti omnes Libri, vbicumque, & quocumque idiomate impressi, imprimendique. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, *seu* locorum Ordinarijs à præsentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis. Libri sunt.

Antonij Arnaldi Doctoris, & Socij Sorbonici Opera sequentia.

Lettre de Monsieur Arnauld Docteur de Sorbonne, à vne Personne de condition sur ce qui est arriuè de puis peu dans vne des Parroisses de Paris, à vn Seigneur de la Cour.

Seconde Lettre de Monsieur Arnauld Docteur de Sorbonne à vn Duc, & Pair de France, pour seruir de response à plusieurs Escrits, qui ont estè publiez contre sa premiere Lettre, sur ce qui est arriuè à *vn* Seigneur de la Cour, dans vne Parroisse de Paris.

Epistola, & Scriptum ad Sacram facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam die 8. Decembris, anni 1655.

Scripti Pars altera ad Sacram Facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam die 10. Decembris anni 1655.

Epistola & alter Apologeticus ad Sacram facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam die 17. Ianuarij anni 1656.

Epistola inscripta Viro Sapientissimo Henrico Holdeno Sacræ Facultatis Parisiensis Doctori, incipiens. *Ea temporum conditione.*

Vera Sancti Thomæ, de gratia sufficiente, & efficaci, doctrina, dilucidè explanata.

Propositiones Theologicæ duæ, de quibus hodie maximè disputatur, clarissimè demonstratæ.

Benedicti Carpzouij opera sequentia.

Practica noua Imperialis Saxonica in Partes tres diuisa.

In Legem Regiam Germanorum.

Decisiones illustres Saxonicæ, Rerum & Quæstionum Forensium, in Serenissimi Electoris Saxoniæ supremo appellationum iudicio, & Scabinatu Lipsiensi, vtramque in partem ventilatarum, ac discussarum, responsis, & iudicatis Dicasterij vtriusque corroboratæ.

Decisionum illustrium Saxonicarum Pars II. Causas, & Quæstiones Forenses, in Serenissimi Electoris Saxoniæ Senatu appellationum, Dresdensi curia, prouinciali suprema facultate iuridica, & Scabinatu Lipsiensi, vtramque in partem ventilatas, discussas, & determinatas, responsisque, & iudicatis tribunalium horum, & dicasteriorum corroboratas exhibens.

Magnum Bullarium Romanum, Summorum Pontificum Vrbani VIII & Innocentij X. Constitutiones complectens; editio nouissima, quatuor Tomis distributa, Tomus quartus; *donec expurgetur ab adiectis.*

Iacobi

Iacobi Hugonis Can. Theol. Belgæ Insulensis, vera Historia Romana, *seu* origo Latij, vel Italiæ, ac Romanæ Vrbis, è tenebris longæ vetustatis in lucem producta.

Ioannis Markieuicz Canonici VVarmiensis Poloni opuscula sequentia.

Scandalum expurgatum in laudem instituti Societatis Iesu.

Speculum zeli à pessimis, ad exemplar malitiæ, contra Sacros Canones, & Iurisdictionem Ecclesiasticam elucubratum, & sic sub nomine ficti cuiusdam Adami Niecieski ad contemplationem & censuram, Ioanni Markieuicz Canonico VVarmiensi in formam famosi libelli dedicatum, & oblatum; ab eodem contemplatum; censuratum, & tamquam pestiferum, & scandalosum refutatum.

Iulij Clementis Scorti Opuscula duo de seligendis Opinionibus, & Auctoribus generatim, quibus annexum est aliud opusculum, de obseruandis in Auctorum, præsertim scientissimorum, lectione.

Lectiones parænicticæ ad Regulam Seraphici Patris S. Francisci, in quibus plurimâ non vulgaria ad formandos mores Religiosorum, *vel* aliàs spiritualium personarum, documenta suggeruntur. *Auctore* Fr. Cypriano Crousers *Antuerpiensi*, donec corrigantur.

Magica, *seu* mirabilium Historiarum de Spectris, & Apparitionibus Spirituum. *Item* de Magicis, & diabolicis Incantationibus, de miraculis, oraculis, vaticinijs, diuinationibus, prædictionibus, visionibus, reuelationibus, & alijs huiusmodi; multis, ac varijs præstigijs, ludibrijs & imposturis malorum dæmonum, libri duo. Ex probatis, & fide dignis Historiarum Scriptoribus diligenter collecti.

Menasseh Ben-Israel de Resurrectione Mortuorum Libri quatuor.

Manuelis Calado liber inscriptus, *O valeroso Lucideno, e Triumpho da liberdade* Primeira parte; *donec corrigatur.*

Prodigium naturæ, Portentum Gratiæ F. Petri de Alua, & Astorga.

La Vita del Duca Valentino; *descritta* da Tomasso Tomassi.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Spadæ; Episcopi Prænestini Supradictæ S. Congregationis Præfecti præsens Decretum signatum & munitum fuit. *Romæ*, die 3. Augusti 1656.

B. Card. Spada Pref.

Fr. Hyacinthus Libellus Ord. Præd. Mag. & Sac. Congreg. Secr.

Locus † Sigilli.

LXVI.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V, die 6. Septembris 1657.

In Congregatione generali S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico apud Sanctam Mariam Maiorem, coram Sanctiss. D. N. D. ALEXANDRO *Diuina prouidentia* Papa VII. *ac Eminentiss. & Reuerendiss. DD. S.R.E. Cardinalibus, in vniuersa Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

SANCTISS. D.N. Alexander Papa VII. præsenti Decreto prohibet, & damnat Libros infrascriptos, eosque pro damnatis, & prohibitis haberi voluit sub pœnis, & censuris, in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum Prohibitorum contentis, alijsque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis. *Elenchus Librorum.*

Decem & octo Epistolæ Gallico Idiomate conscriptæ, *quarum prior inscribitur*, Lettre escrite à vn Prouincial par vn de ses Amis sur le sujet des Disputes presentes

de la Sorbonne, de Paris ce 23. Ianvier 1656. incipit; *Monsieur, nous estions bien abusez.*

Seconde Lettre, *&c.* de Paris ce 29. Feurier 1656. incipit; *Monsieur, comme ie fermois*, &c.

Troisiesme Lettre, *&c.* de Paris ce 9. Feurier 1656. incipit; *Monsieur je viens de receuoir*, &c.

Quatriesme Lettre, *&c.* de Paris le 25. Feurier 1656. incipit; *Monsieur, Il n'est rien tel que*, &c.

Cinquiesme Lettre, &c. de Paris le 20. Mars 1656. incipit; *Monsieur, Voicy ce que je vous ay promis*, &c.

Sixiesme Lettre de Paris, ce 10. Auril 1656. incipit; *Monsieur, Ie vous ay dit* &c.

Septiesme Lettre, *&c.* de Paris ce 25. Auril 1656. incipit; *Mons. Aprés auoir apaisé, &c.*

Huitieme Lettre, *&c.* de Paris ce 28. May 1656. incipit; *Monsieur vous ne pensiez pas que personne*, &c.

Neuvieme Lettre, *&c.* de Paris, ce 3. Iullet 1656. incipit; *Monsieur, Ie ne vous feray pas plus*, &c.

Dixiesme Lettre, *&c.* de Paris ce 2. Aoust 1656. incipit; *Monsieur ce n'est pas encor icy*, &c.

Vnzieme Lettre escrite par l'Autheur des Lettres au Prouincial, aux Reverends Peres Iesuites du 18. Aoust 1656. incipit; *Mes Reuerends Peres. I'ay veu les lettres que vous.*

Douzieme Lettre, *&c.* du 9. Septembre 1656, incipit; *Mes Reuerends Peres, I'estois prest à vous escrire*, &c.

Treizieme Lettre, *&c.* du 30. Septembre 1656. incipit; *Mes Reuerends Peres, Ie viens de voir votre dernier Escrit*, &c.

Quatorzieme Lettre, *&c.* du 23. Octobre 1656. incipit; *Mes Reuerends Peres, si je n'auois qu'à répondre*, &c.

Quinzieme Lettre, *&c.* du 25. Nouembre 1656. incipit; *Mes Reuerends Peres, Puisque vos impostures croissent*, &c.

Seizesme Lettre, *&c.* du 4. Decembre 1656. incipit; *Mes Reuerends Peres, Voicy la suite de vos calomnies.*

Dixseptieme Lettre escrite par l'Auteur des Lettres au Prouincial, au Reuerend P. Annat Iesuite, ce 23. Ianu. 1657. incipit; *Mon Reuerend Pere, Vostre procedé m'avoit*, &c.

Dixhuitieme Lettre au Reuerend Pere Annat Iesuite, sur la Copie imprimée à Cologne le 24. Mars 1657. incipit; *Mon Reuerend Pere, Il y a long temps que vous*, &c.

Lettre d'un Aduocat au Parlement à vn de ses Amis touchant l'Inquisition, *qu'on* veut establir en France, à l'occasion de la nouvelle Bulle du Pape Alexandre VII. à Paris le 1. Iuin 1657. incipit; *Monsieur, Vous croyez que tous vos affaires*, &c.

Antonij Arnaldi Doctoris, & Socij Sorbonici, opera sequentia.

Lettre de Monsieur Arnauld Docteur de Sorbonne à vne personne de cōdition, sur ce, qui est arrivé depuis peu dans vne des Paroisses de Paris à vn Seigneur de la Cour.

Seconde Lettre de Monsieur Arnauld Docteur de Sorbonne à vn Duc, & Pair de France pour seruir de response à plusieurs escrits, qui ont esté publiez contre la premiere Lettre, sur ce qui est arriué à vn Seigneur de la Cour dans vne Paroisse de Paris.

Epistola, & Scriptum ad Sacram facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam die 6. Decembris, anni 1655.

Scripti Pars altera ad Sacram facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam, die 10. Decembris 1655.

Epistola, & alter Apologeticus ad sacram facultatem Pariensem in Sorbona congregatam die 17. Ianuarij anni 1656.

Epistola, *inscripta* Viro sapientissimo Henrico Holdeno sacræ Facultatis Parisiensis Doctori incipiens. *Ea temporum conditione*, &c.

Vera S. Thomæ de gratia sufficiente, & efficaci doctrina dilucidè explanata.

Propositiones Theologicæ, de quibus hodie maximè disputatur clarissimè demonstratur.

Tabulæ suffragiales de terminandis fidei litibus ab Ecclesia Catholica fixæ. *Authore* Thoma Anglo ex Albijs East-Saxone.

Tesseræ Ψευδωνύμως Romanæ euulgatio, eodem Authore, *&c.*

Et

Et quia circumferuntur quædam folia impressa anno 1657. quorum titulus est, Tredecim Theologorum ad examinandas quinque Propositiones ab Innocentio X. Selectorum suffragia, *seu* vt appellant, vota, Summo Pontifici scripto tradita. Eadem Sanctitas Sua præsenti hoc Decreto illa prohibet, & declarat. ac decernit, ijs tanquam apocriphis nullam fidem esse adhibendam, nec à quocumque allegari posse vel debere Et præterea Epistolas, libellos, ac libros alios quoscumque in quibus doctrina Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis in quinque Propositionibus, per Constitutiones Innocentij Prædecessoris, & Sanctitatis Suæ damnata, asseritur, aut quomodolibet approbatur, *vel* defenditur, tam impressos, quàm imprimendos quocumque idiomate, *vel* quomodolibet etiam in scriptis euulgatos, *vel* in futurum euulgandos, Sanctitas Sua omnino damnat, & prohibet, ac damnatos, & prohibitos esse voluit, mandans, vt nemo cuiuscumque gradus, & conditionis existat, etiam speciali, *seu* specialissima nota dignus Libros prædictos, *aut* aliquem ex illis apud se retinere, legere, *aut* imprimere, *aut* imprimi curare audeat, sub pœnis, & censuris contra huiusmodi delinquentes statutis, sed statim quicumque illos habent, *vel* in futurum quandocumque habebunt, locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus sub ijsdem pœnis exhibere teneantur.

Insuper cum hac occasione, & prætextu in lucem prodeant plures Libri continentes, & tractantes materiam de Auxilijs, nulla prorsus petita, *vel* obtenta licentia ab hac Sacra Congregatione, contra formam Decretorum Pauli V. & Vrbani VIII. prædecessorum suorum, (quæ quatenus opus sit, Sanctitas Sua denuò confirmat, innouat, & inuiolabiliter obseruari mandat sub censuris, & pœnis in eisdem contentis) ideo illis inhærendo dictos Libros editos, & in futurum quomodolibet edendos, absque eo quod fiat de illis specialis mentio, ipso facto, & absque alia declaratione pro expresè prohibitis haberi voluit, & decreuit.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

LXVII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRÆ Indicis Congregationis decreto damnati, prohibiti, ac respectiuè suspensi fuerunt infrascripti omnes libri vbicumque, & quocumque idiomate impressi, imprimendiue, Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, *seu* locorum Ordinarijs à præsentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice librorum Prohibitorum contentis. *Libri sunt.*

Anonymi Opusculum, *quod inscribitur* A. S. C. Dissertatio pro Francisco Suarez de Gratia ægro oppresso collata per absolutionem à Sacerdote præsente impensam præuia peccatorum expositione epistolari.

Apologia in difesa d'vna dottrina dell'Eccell. Sig. Pietro Conti Romano, Raccolta, e data in luce da Ferdinando Claustain *Salisburgese.*

Magni Bullarij Romani Tomus quartus SS. Pontificum Vrbani VIII, & Innocentij X. Constitutiones complectens: Editio nouissima Lugdunensis facta, sumptibus Philippi Borde, Laurentij Arnaud, *&c.* Donec expurgetur ab adiectis. Expurgatus autem iuxta Decretum Sacræ Congregationis dici 27. Iulij 1657. permittitur. Expurgari autem debet vt sequitur. Auferatur Constitutio 25. incipiens; *Sacrosancta Romana Ecclesia.* siue pag. 279. deleatur à linea, *Bulla Confirmationis Religionis Clericorum*, vsque ad lineam, *Constitutio super approbatione.* Auferantur præterea sex paginæ à pagina signatà 289. vsque ad pag. signatam 300. siue à linea pag. 289. incipiente. *In nomine Domini, Amen*: Deleatur vsque ad lineam paginæ 300. incipientem: *Declaratio nullitatis Litterarum.*

Dauidis Blondelli de iure plebis in Regimine Ecclesiastico dissertatio.

Difesa del gloriosissimo Pontefice Paolo IV. dalle false Calunnie d'vn moderno Scrittore, data in luce da Francesco Velli *Napolitano.*

Difesa

Difesa del gloriosissimo Pontefice Paolo IV. dalle nuoue Calunnie del moderno Scrittore; *ouero* Sommario d'vna più lunga risposta all'Autore della Lettera scritta al Sig. Gio.Luca Durazzo, data in luce da Francesco Velli *Napolitano*.

Domus sapientiæ, quam septem suffulta per allegoriam columnis Fr. Lucas à Monteforti, Mariæ Cultoribus nouissimè ædificauit.

Fiume del Terrestre Paradiso, diuiso in quattro Capi. Discorso sopra l'antica forma dell'habito Minoritico da S.Francesco d'Assisi instituita e portata. *Del* Sig. D. Nicolo Caralano.

Georgij Hornij Commentaria in Seuerum Sulpitium.

H. Grotij de Imperio Summarum Potestatum circa Sacra Cōmentarius posthumus.

Ioh. Georgij Dorschæi *Argentoratensis* Thomas Aquinas dictus Doctor Angelicus, exhibitus Confessor veritatis Euangelicæ Augustana Confessione repetitæ, iuxta seriem Controuersiarum Tom.4.R.Bellarmini Card. examinatum.

Ioannis Hoornbeck sacrarum Litterarū in Ecclesia, & Academia Vltraiectina doctoris examen Bullæ Papalis, qua Papa Innocentius X. abrogare nititur pacem Germaniæ.

Eiusdem scholia in Bullas Papæ Vrbani VIII. de Iesuitissis, de Imaginibus, de Festis; quibus addita est Bulla Papæ Clementis, qua mandat Angelis Paradisi, *&c.*

I.Mieræli Ethnophronius tribus dialogorum libris, contra Gentiles de principijs Religionis Christianæ dubitationes, *seu*.

Eiusdem de Animæ humanæ immortalitate.

Eiusdem de Deo immortalis Animæ beatitudine:

Eiusdem de Religione Animam immortalem ad Deum, æternamque beatitudinem perducente.

Laurentij Banck *Norcopen*. Pompa triumphalis, *siue* solemnis Inaugurattio, & Coronatio Innoc. Papæ X.

Libri omnes impressi, & qui inconsulta Sac.Congregatione imprimentur tractantes controuersiam *de vera, & non interrupta successione filiorum S. Francisci, & de vera forma Caputij eiusdem.*

Librorum omnium in Sac.Indicis Congr.Decretis Prohibitorum ab anno *1636*. vsque ad annum 1655. Elenchus ordine vno alphabetico per Fr. Thomam de Augustinis digestus, cum deficiens sit, nec omnia decreta contineat, quæ hucusque à Sac.Congregatione dimanarunt.

Petri Picherelli Opuscula Theologica, quæ sunt.

Expositio verborum institutionis Cœnæ Domini, ex cap. 26. Matthæi.

Dissertatio de Missa, & annexis.

Dissertatio de Imaginibus habita ad fanum germani, coram Regina Matre, ann.1562.

Appendix ad dissertationem de Missa, & Maldonati duabus prælectionibus in Psalm 110 ad V.F.P.

Prolomęns paruus in Genethliacis innctus Arabibus. *Auctore* Andrea Argolo in Patauino Licæo Mathematicas scientias profitente.

Dello scrupuloso conuinto, *con* l'autorità del Vecchio, e Nuouo Testamento, Opera composta, e recitata in vna Religiosa Academia, con varie, e curiose Descrizioni, ornata da M.Paolo Raffinesi Causidico Fiorentino, con Risposte à più oscuri passi della Sacra Scrittura in venticinque Capi diuisa, con dodici Dubij lasciati indecisi per le seguenti tornate dopo le Ceneri.

La Segretaria d'Apollo, d'Antonio Santa-Croce.

Theologia antiqua de veri Martirij adæquatè sumpti notione ad spumosam Kainologiam, & Fragosum taratantara Thomæ Hurtado Buccaferrei de Seir iterato vulsi, ac depilati à Leodegario Quintino heduo Sac.T.D.

Thomæ Angli ex Albijs East.Saxonum Institutiones Peripateticæ ad mentem summi Viri, clarissimique Philosophi Kenelmi Equitis Digbei.

Eiusdem Appendix Theologica de origine Mundi.

Eiusdem Tabula suffragialis de terminandis fidei litibus ab Ecclesia Catholica fixa.

Eiusdem Tesseræ Ψευδωνύμως Romanæ eulogatio.

Vera, & dilucida explicatio præsentis status totius Seraphicæ FF.Minorum Religionis, à Sancto & Magno Francisco Patriarcha inclito, numine diuino inspirante, fundatæ

fundatæ, per F. Bonitum Combasson.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. D D. Cardin. Spadæ Episc. Prænestini supradictæ Sac. Congregationis Præfecti præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Datum Romæ*, in Palatio Apostolico Quirinali die 10. Iunij 1658.

B. Card. Spada Præf.

Fr. Hyacinthus Libellus Magister. & Sac. Congr. Secr.

Loco † sigilli.

LXVIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

Feria ij. die 3. Februarij 1659.

In Sacra, & generali Congregatione Indicis Romæ habita, in Palatio Apostolico Quirinali coram Eminentiss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus à Sanctiss. D. N. D. ALEXANDRO Papa VII. *sanctaque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorundemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatis.*

SACRA Congregatio animaduertens fœdam, ac pestiferam malorum Librorum segetem summa cum fidelium offensione, ac periculo in vinea Domini quotidie crescere, ac propagari, eiusque vitij culpam apud illos residere potissimum quorum curæ praui huiusmodi seminis extirpatio committi solet, dum in probandis nouorum operum impressionibus cautelas, & monita, præsertim verò per nouissimam Lateranensem ac Tridentinam Synodos comparata in exequendo suo munere adhibere non curant; statuit grauissimo huic incommodo, & ni maturè subueniatur in certissimam pestem animarum atque perniciem erupturo, quantum, adiuuante Domino sperari ab ope humana fas est, conuenienti remedio occurrere, ac prouidere, ne impuri impotentium ingeniorum fœtus passim, & sine delectu prodire in publicum, inque hominum luce, qua prorsus indigni sunt versari cernantur. Quapropter habito prius verbo cum Sanctissimo Domino Nostro, omnes & singulos Patriarchas Archiepiscopos, Episcopos, eorumque Vicarios, & Officiales, Inquisitores hæreticæ prauitatis, Regularium cuiuscumque Ordinis Superiores, omnesque alios, qui Librorum editioni, publicationi, impressioni, assentiendi ordinariam, *aut* delegatam auctoritatem exercent, admonendos decreuit, prout tenore præsentium districtè illos & seriò admonet, vt dent operam diligenter, ne ad examen Librorum, huiusmodi personas affectui auctorum quomodolibet addictas, præsertim verò propinquitate illos, *aut* alia (quantumuis à longe petita ea sit) veri & sinceri iudicij corruptrice necessitudine contingentes admittant. Super omnia autem ab oblatis sibi in hanc operam per eosdem Auctores censoribus caueant, sed iis demum vtantur, quos doctrina, morumque integritate probatos ab omni suspicione gratiæ intactos, ac si fieri potest auctoribus ipsis ignotos, & vnius boni publici Deique gloriæ studiosos cognouerint. Quo verò ad Auctores Regulares cuiuscumque Ordinis, & Instituti sint, illud prætcrea inuiolabiliter obseruandum iniungit, ne eorum Scripta, vel Opera aliis eiusdem Instituti Regularibus à præfatis imprimendi facultatem impertientibus (exceptis tamen quibuscumque eorumdem auctorum Regularium Superioribus Regularibus, quos Sacra Congregatio in eo dumtaxat Librorum examine, quod intra illorum ordinem fieri debet, ac parte præsentis Decreti comprehendere non intendit) examinanda committantur: Sed viri in id extra eam familiam, atque alterius Ordinis pij, doctique & à partium studio, atque ab amoris & odij stimulis

prorsus remoti eligi debeant. Admonet præterea omnes,& singulos, quibus hoc munus examinandorum librorum pro tempore deputari contigerit, vt memores officij sui, memores fidei, qua digni ab Ecclesia iudicantur, debitum operi sibi credito studium, diligentiam, Religionem adhibeant, nec ea detrimenta,atque incommoda, quibus à noxiorum Scriptorum lectione fidelium animas affici necesse est, in se ipsos, suasque conscientias redundare patiantur, neue grauissimarum Dei offensarum, ac peccatorum inde orientium rationi se se tàm in hoc sæculo Apostolicæ Sedis, quàm in extremo seueri Iudicij examine obnoxios esse velint. In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi,ac Reuerendissimi DD. Cardinalis Spadæ Episcopi Prænestini Sacræ Congregationis Indicis Præfecti,præsens Decretum signatum,& munitum fuit. *Datum Romæ*,in Palatio Apostolico Quirinali Die, & Anno supradictis.

B. Card. Spada Præf.

Fr. Hyacinthus Libellus Ordinis Prædic. Sac. Congreg. Secretarius.

Loco † Sigilli.

LXIX.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V, die 30. Ianuarij 1659.

In Congregatione Generali S.Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. ALEXANDRO *Diuina prouidentia* Papa VII. *ac Eminentiss. & Reuerendiss. DD. S.R.E. Cardinalibus, in vniuersa Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

PRODIERVNT Libri infrascripti Gallico idiomate impressi continentes *Propositiones*,quæ in Ecclesia Dei graue scandalum, & dissensiones parere possunt; Propterea, ne ex lectura ipsorum Christi fideles erroribus, ac prauis opinionibus inficiantur,Libris prædictis de mandato Sanctissimi D. N. maturè examinatis, Sanctissimus,relata vnanimi Theologorum ad hoc specialiter deputatorum censura, & auditis votis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum, libros præfatos prohibet, & damnat, eosque pro damnatis, & prohibitis haberi vult, sub pœnis & censuris in Indice Librorum Prohibitorum contentis, aliisque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis. Nemo igitur cuiuscumque gradus, & conditionis existat, etiam speciali, seu specialissima nota dignus, Libros prædictos, *aut* aliquem ex illis apud se retinere, legere, imprimere, *vel* imprimi curare audeat, sed statim à præsentis Decreti notitia quicumque illos habuerit, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus consignare teneatur sub pœnis & censuris prædictis. *Libri autem sunt.*

Libellus, *qui inscribitur*, l'Obligation des fidelles de se confesser à leur Curè.

Regles Tres importantes tirées de Deux passages, *&c.* pour servir d'eclaircissement à l'examen du Liure du Pere Bagot, *intitulé*, Defense du droit Episcopal.

Lettre de l'Autheur des Regles tres importantes à Monseigneur de Marca.

Sommaires des Declarations des Curez de Paris,*&c.* Par M. Iean Rousse.

Ioannes Lupus Sanctæ Rom. & Vniuersal. Inquisit. Not.

Loco † sigilli.

SACRÆ

LXX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respectiuè suspensi fuerunt infrascripti omnes Libri, vbicumque, & quocumque Idiomate impressi, imprimendiue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eos impostetum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit Inquisitoribus, *seu* locorum Ordinariis à præsentis Decreti notitia tradat sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis. *Libri sunt;*

Aduis charitable formé aux Peres Penitens du Tiers Ordre de S. François, sur la Persecution qu'ils font aux Reuerends Peres Capucins.

Caroli Molinæi Consilia duo. *Primum* super facto Concilij Tridentini; *Secundum* super commodis, *vel* incommodis Nouæ sectæ Religionis Iesuitarum.

Centuria di Lettere del glorioso San Francesco di Paola, Fondatore dell' Ordine de' Minimi, Raccolte, e data in luce, con alcune Annotationi. Cum multa apocripha, falsa, & ficta contineat.

Christiani Noldij, Leges distinguendi, *seu* de Virtute, & Vitio distinctionis; Opus in quo preter naturam distinctionis, formaliter inuestigatam, distinctiones plures trecentis materialiter, tam ex sacra, quam prophana Charta producuntur, & in principijs suis expenduntur.

Cælum Orientis, & prisci Mundi, Triade Exercitationum litterariarum repræsentatum, curisque Thomæ Bangi inuest garum.

Dialogus de Patrijs illustrium Doctrina, & scriptis Virorum omnium Ordinum, & facultatum, qui ab initio Mundi per Vniuersum Terrarum Orbem, vsque ad annum 1600. clarnerunt. Exhibens simul præcipuorum Doctorum Encomia scripta, & ætatem, Vrbiumque, ac Regionum per Europam, Asiam, & Africam descriptiones: *Auctore* Ioanne Andrea Quenstedt *Professore* Witebergen.

Dissertatio Iuridica inauguralis de Foro competente Ecclesiastico, & Sæculari, sub Præsidio Ioannis Michaëlis Sonner publicæ concertationi exhibita, à Ioanne Friderico Grandulliers 18. Augusti, Anno Dei Hominis 1656; *donec corrigatur.*

L'Incertezza Accertata circa la Predestinatione dell'Huomo. Si sciolgono alcuni dubbij curiosi, e dubij per consolatione, e quiete de' Fedeli. Dal Rev. Padre Frat' Andrea di S. Thomaso.

De Sanguinis missione in Vulneribus disceptatio Apologetica Horatij Vaccherij *Doctoris Medici.*

Matthiæ Berlichij *Schkaolensis Thuringi I. V. D.* Conclusiones Practicabiles.

Neuf Dialogues contre les Missionaires sur le service des Eglises ref. *par* Charles Drelincourt. A Geneue, par Samuel Chouët.

Obseruationes Historico Politicæ Matthiæ Berneggeri *Professoris Argentoratensis* Tubingæ, *&c.*

Quadragesimale del P. F. Saluator Cadana di Turino.

Resolutiones Horthodoxomorales, Scholasticæ, Historicæ, de vero, unico, proprio & Catholico Martyrio fidei sanguine Sanctorum violenter effuso, rubricato, *aduersus* quorundam Kainologiam de proprio Martyrio Charitatis, & Misericordiæ, *&c.* Quibus iunguntur digressiones de Germana intelligentia quorundam difficilium Canonum Illiberitani Concilij, de varijs tormentorum instrumentis, & de Martyrio per Pestem, de Foro Ecclesiastici antiquitate. *Auctore* P. Thoma Hurtado, *donec corrigatur.*

Sacræ Theologiæ Summa Ioannis Duns Scoti *Doctoris subtilissimi*, & Commentaria, quibus eius doctrina elucidatur, comprobatur, defenditur: opus ex eiusdem Doctoris contextu industriosè non minus, quàm fideliter excerptum, & à nemine vsque modo typis traditum. Fr. Angelo Vulpes à Montepiloso *Auctore.* Tomus Tertius, Parti Quartæ.

Sacra Congregatio mandat omnibus, qui penes se habent disceptationes Fotenses Stephani Gratiani, vt in Tomo 2. cap. 184. num.51. & 52. pag. 303. deleant historiam ab Authoribus hæreticis acceptam de quodam Ementito Leone Romano Pontifice, & D. Hilario. Impressoribus quoque mandat, vt cum eumdem Librum iterum imprimere volent prædictam historiam penitùs auferant.

Theophili Raynaudi Eroremata de bonis, ac malis Libris, deque iusta, *aut* iniusta eorumdem confixione; *donec corrigantur.*

Tres humble Remonstrance faicte par les Religieux au grand Prelat de France; *donec corrigatur.*

Vita del P. Paolo dell' Ordine de' Serui. *In Leida* 1646.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. DD. Cardinalis Spadæ præsens Decretum signatum, ac munitum fuit. *Dat. Romæ*, in Palatio Apostolico Quirinali, die 10. Iunij 1659.

B. Card. Spada Præf.

Fr. Hyacinthus Libellus Ord. Præd. Sacræ Congr. Secret.

Locus † sigilli.

LXXI.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V. die 21. Augusti 1659.

In Congregatione generali S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud S. Mariam Maiorem, coram Sanctiss. D.N.D. ALEXANDRO *Diuina Prouidentia Papa* VII. *ac Eminentiss. & Reuerendiss. DD. S.R.E. Cardinalibus, in tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

SANCTISS. D. N. D. Alexander Papa VII. præsenti Decreto prohibet, & damnat Librum, cui titulus est, *Apologie pour les Casuistes contre les calomnies des Iansenistes où le lecteur trouvera les veritez de la Morale Chrestienne si nettement expliquées, & prouvées avec tant de solidité, qu'il luy sera aisé de voir que les maximes des Iansenistes n'ont que l'apparence de la verité; & qu'effectiuement elles portent à toutes sortes de pechez, & aux grands relaschemens qu'ils blasment avec tant de severité.* Par vn Theologien & Professeur en droit Canon. A Paris, MDCLVII.

Eumque pro damnato, & prohibito haberi vult. Mandat propterea Sanctitas Sua, vt nemo cuiusque gradus, & conditionis existat, etiam speciali, & specialissima nota dignus, prædictum Librum apud se retineat, *aut* legat, neue imprimere *aut* imprimi curare audeat, sub pœnis, & censuris in Sacro Concilio Tridentino, & Indice Librorum Prohibitorum contentis, alijsque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis; sed statim quicumque illum habet, *vel* in futurum quandocumque habebit, locorum Ordinarijs, *seu* Inquisitoribus sub ijsdem pœnis exhibere teneatur.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis Not.

Loco † sigilli.

ALE-

LXXII.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

AD aures nostras ingenti cum animi nostri mœrore peruenit, quòd in Regno Galliæ quidam perditionis filij in perniciem animarum nouitatibus studentes, & Ecclesiasticas Sanctiones, ac praxim contemnentes, ad eam nuper vesaniam peruenerint, vt *Missale Romanum*, Latino idiomate longo tot sæculorum vsu in Ecclesia probato conscriptum, *ad Gallicam vulgarem linguam conuertere*, sicque conuersum typis euulgare, & ad cuiusuis Ordinis & sexus personas transmittere ausi fuerint, & ita Sacrosancti Ritus maiestatem Latinis vocibus comprehensam deijcere, & proterere, ac Sacrorum mysteriorum dignitatem vulgo exponere temerario conatu tentauerint. Nos, quibus licet immeritis, Vineæ Domini Sabaoth à Christo Saluatore nostro plantatæ, eiusque pretioso Sanguine irrigatæ, cura demandata est; vt spinarum huiusmodi, quibus illa obrueretur, obuiemus incremento, earumque quantum in Deo possumus, radices succidamus; quemadmodum nouitatem istam perpetui Ecclesiæ decoris deformatricem, inobedientiæ, temeritatis, audaciæ, seditionis, schismatis, aliorumque plurium malorum facilè productricem abhorremus, & detestamur; ita Missale prædictum Gallico idiomate à quocumque conscriptum, *vel* in posterum aliàs quomodolibet conscribendum, & euulgandum; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, perpetuò damnamus, reprobamus, & interdicimus, ac pro damnato, reprobato, & interdicto haberi volumus, eiusque impressionem, lectionem, & retentionem vniuersis, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus cuiuscumque gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris, & præeminentiæ, licet de illis specialis, & indiuidua mentio habenda foret, existat, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso iure incurrendæ, perpetuò prohibemus. Mandantes quòd statim quicumque illud habuerint, *vel* in futurum quandocumque habebunt, realiter & cum effectu exhibeant, & tradant locorum Ordinarijs, *vel* Inquisitoribus, qui nulla interposita mora exemplaria igne comburant, & comburi faciant, in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscumque. *Datum Romæ*, apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 12. Ianuarij 1661. Pontificatus nostri anno Sexto.

S. Vgolinus.

LXXIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti ac *respectiuè* suspensi fuerunt infrascripti omnes libri, vbicumque, & quocumque idiomate impressi, imprimendiue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel*. Si quis interim habuerit Inquisitoribus, *seu* locorum Ordinarijs à præsentis Decreti notitia tradat sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis.

Libri sunt.

Abregè de l'Histoire de ce Siecle de Fer, contenant les miseres, & calamitez des derniers Temps; Auec leurs causes, & pretextes iusques au couronnement du Roy des Romains, Ferdinand IV. *Par* I.N. Parival.

Alphabetum veræ, vitæ & orthodoxæ Fidei Iesu Christo mediatori vnico, summo vnicóque Pontifici, eiusque vnigenitæ Sponsæ Ecclesiæ Sacrum, Orbi Vniuerso Confessionis loco exhibitum à Ioanne Hermanno Romsvvinkell *Coloniensi*.

De Angelica, & Humana Hierarchia, Hieronymi Columbi, Libri octo vbi Sacratio-

res, & magis arduæ in hoc genere ad rem Christianam spectantes quæstiones elucidantur.

Arca Salutaris, *seu* Inquisitiones morales casuum Conscientiæ. *Auctore* Marco Vidal, *donec corrigatur.*

Danielis Classen *I.V.D.* de Iure Agratiandi Liber vnus.

Dialogues en cinq langues, Espagnole, Italienne, Latine, Françoise, & Allemande, Composez premierement par *Philippe* Garolet.

Dissertatio Iuridico-Politica de Iure publico Imperij Romani, methodicè conscripta à Daniele Ottone Otingense D.V.I. Accesserunt notæ à Ioanne Limneo in hanc dissertationem scriptæ.

Epistolarum Decretalium, quæ vetustissimis Pontificibus Romanis hactenus tribuuntur Examen, *aduersus* Isidori Mercatoris Figmenta; vbi simul ostenditur, ex quibus Censoribus hæ Censuræ confectæ fuerint per D.B.C.

Erasmi Vngepaueri Commentarius super Decretales.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi 1664. Indict. secunda, die 14. mensis Iun. Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri Diuina Prouidentia PP. VII. anno ejus decimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acio Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Vrbis per me Alexandrum Albritium Sanctiss. D. N. PP. Curs. Carolus Melanus Curs. Mag.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ. 1664.

LXXXIV.

DECRETVM

Sacræ Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimormu DD. S. R. E. Cardinalium à S.D.N. ALEXANDRO Papa VII. *Sanctáque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem in Vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum, vbique publicandum.*

SACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respectiuè suspensi fuerunt infrascripti omnes Libri vbicumque, & quocunque idiomate impressi, imprimendiue. Nemo ejuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit Inquisitoribus, *seu* locorum Ordinariis à præsentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

DE concordia Sacerdotij & Imperij, *seu* de Libertate Ecclesiæ Gallicanæ liber à Stephano Balutio impressus *Parisiis, anno* 1663. Perperam adscriptus Petro de Marca; ex cujus retractatis scriptis, aliorumque erroneis sententijs opera præfati Balutij editus est.

D. Francisci Verde opus impressum *Lugduni*, 1662.

Candor Lilij, *seu* Ordo Prædicatorum à calumniis, & contumeliis Petri à Valleclausa vindicatus *Authore* R. P. Io. Casalas, *Parisiis*, 1664.

Defensio pro Valeriano Magno, in qua exponitur Ecclesiæ Romano-Catholicæ scandalum, *id est*, Iesuitarum Hæresis, *seu* Atheismus detectus à Theophilo, *anno* 1661. *sine loco impressionis.*

Christiani Kortholti S. Theol. Ddi. Valerianus Confessor, *id est*, solida Demonstratio, quod Ecclesia Romana hodierna non sit vera Christi Ecclesia, *anno* 1662. *sine loco impressionis.*

Io. Launoij Parisiensis Theologi Censura Responsionis. *Lutetiæ* 1663.

Murenulæ Sacræ Vestis. *Authore* R.P.D. Virgineo Aluiset Bisontino, *Venetiis* 1661.

Il Fuggi-l'otio di Tomaso Costo. *In Venetia* 1620. e 1663. *Donec corrigatur.*

In quo-

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. D.D. Cardinalis Ginetti Episcopi Albanen. Supradictæ Sac. Congregationis Præfecti, præsens Decretum signatum,& munitum fuit. *Romæ*, in Palatio Apostolico Quirinali, 17. Nouembris 1664.

M. Cardinalis Ginettus Præfectus.

Loco † sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Præd. Sac. Congreg. Secretarius.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi 1664. Indictione secunda, die 24. mensis Nouembris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina Prouidentia PP. VII. anno ejus Decimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Vrbis per me Laurentium Signium Sanctiss. D. N. PP. Curs. *Franciscus Perinus Curs. Mag.*

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. 1664.

LXXXV.

DECRETVM

Sacræ Congregationis Emmentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctiss. D. N. ALEXANDRO Papa VII. *Sanctaque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum vbique publicandum.*

SACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respectiuè suspensi fuerunt infrascripti omnes Libri, vbicunque, & quocunque idiomate impressi, imprimendiue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus. *seu* locorum Ordinariis à præsentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

ALphonsi de Vargas Toletani, Relatio ad Principes Christianos, de Stratagematis, & Sophismatis politicis Societatis Iesu ad Monarchiam Orbis Terrarum sibi conficiendam.

Item tres Libelli huic annexi, *qui sunt*; Sedis Apostolicæ Censura Prima aduersus nouam, falsam, impiam, & hæreticam Societatis Iesu doctrinam, nuper in Hispania publicata.

Iesuiticum fidei Symbolum velut Canticum nouum.

Actio hæresis in Societatem Iesu.

Apologia Valeriani Magni reuisa cum notabili augmento aliquot Epistolarum.

Exercito Limpio Austral contra las Manchas que del Prado en unos memoriales, y Pasquin, y otros papeles disformes, han salido a questos dias, *&c.* offrecelo al Senor Don Iuan de Austria General, *&c.* El Padre Fr. Francisco de la Madre de Dios.

Iuizio de Salomon A cerca de aueriguar quien sea la verdadera Madre de un hijo llamado antiguamente continuo despues glossa continua, y aora cadena de oro sacado à luz, y dispuesto por el Padre Fr. Martin Perez de Gueuara del Orden de los frailes Menores, *&c.*

Martini ab Holuberueso, Responsio Apologetica pro sententia P. Hieronymi Florentini, de Baptismo abortiuorum, aduersus objecta Vigilantij ab Arce.

Il Mistico Parlamento d'Apollo; di Collarino di Brerel.

Noctes Granzonianæ, *seu* Discursus panegyricus de antiquis Triumphis in publicum, *tam* Ecclésiarum, *quàm* Politiarum usum elucubratus. A Martino Guichardo.

Notę sexaginta quatuor Morales censoriæ historicę ad inscriptionem, epistolam ad Lectorem, approbationem, & Capita tredecim introductionis ad Historiam Concilij Tridentini P. Sfortiæ Pallauicini, *&c.* Stanislai Fœnie Coloniensis. Opera typis eulgatæ, *&c.* his additus est Libellus continens discussionem quatuor Iudiciorum jam impressorum de eadem P. Pallauicini Historia.

Patris Petri de Alua, & Astorga Opera sequentia.

Nodus indissolubilis; De Conceptu ventris, *seu* sub alio titulo, Funiculi nodi indissolubilis de Conceptu mentis, & Conceptu ventris.

Sol veritatis cum ventilabro Seraphico pro candida Aurora Maria, *&c.*

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Cardinalis Ginetti Episcopi Sabinen. supradictæ Sacræ Congregationis Præfecti præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ*, in Palatio Apostolico Quirinali 22. Iunij, 1665.

M. Card. Ginettus

Loco † Sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Præd. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi 1665. Indictione tertia, die verò 6. mensis Iulij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri, diuina Prouidentia Papę VII. anno ejus Vndecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Franceschinum Sanctiss. D. N. Papæ Curs. *Gregorius Staggius Curs. Mag.*

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. 1665.

LXXXVI.

ALEXANDER EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ad aures nostras peruenerit duos prodiisse Libros, quorum alteri titulus est: Censura Sacrę Facultatis Theologiæ Parisiensis in Librum, cui titulus est: *La Deffense de N. S. P. le Pape, de Nosseigneurs les Cardinaux, les Archeuesques & Euesques & de l'employ des Religieux Mendians, contre les erreurs de ce temps, Par Iacques de Vernant, à Mets,* 1658. Alteri verò titulus est: Censura Facultatis Theologię Parisiensis in librum, cui titulus est: *Amadæi Guimenij Lomarensis, olim Primarij Sacræ Theologiæ Professoris, Opusculum*, &c. In quibus Libris Censura præsumptuosa notantur aliquæ Propositiones, exque præsertim quæ ad Romani Pontificis, & Sanctę Sedis Apostolicę auctoritatem, Episcoporum jurisdictionem, Parochorum munus, Priuilegia à S. Sede concessa, dispensationes Apostolicas, actionumque Moralium regulam pertinent, & aliç quæ & grauissimorum auctoritate scriptorum, & perpetuo Catholicorum usu nituntur, & cum fieri non possit sine publico Catholicę Religionis detrimento, ut prædictę Censuræ in commemoratis libris sine debita Ecclesiæ animaduersione & damnatione remaneant. Nos pro Apostolico munere quo licet immeriti fungimur, ut grauissimo scandalo quod indè Catholicis accidere posset occurramus; habitis prius doctissimorum ac insignium in Sacra Theologia Magistrorum ac Professorum, & Sacrarum Sedis Apostolicæ Congregationum Qualificatorum, quos ad hæc specialiter deputauimus, consultationibus, ut rei grauitas videbatur postulare; nec non auditis suffragiis venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana generalium Inquisitorum; Motu proprio & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præfatas Censuras uti præsumptuosas, temerarias, atque scandalosas, auctoritate Apostolica damnamus & pro damnatis haberi volumus, easque

nullius

nullius valoris & roboris fuisse, sed cassas & irritas esse declaramus: mandamus insuper ne quisquam ex Christi fidelibus cujuscumque gradus ac dignitatis existat, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori dignitate, etiam speciali, ac specialissima nota digna suffultis, prædictas Censuras approbet, sequatur, atque defendat; néue in publicis, aut priuatis lectionibus, disputationibus, sessionibus, aut alijs actibus publicis illas sequatur, tueatur, aut doceat, neque in Libris, aut etiam scripturis publicis, vel priuatis, aut alio quocumque modo illas alleget, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, cujus absolutionem nobis, ac Sedis Apostolicæ reseruamus. Præterea Typographis, ac Bibliopolis expresse prohibemus, ne præfatos Libros, & Censuras imprimere, ac typis mandare, minusque impressos vendere audeant, ac præsumant sub eadem pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ. Insuper Libros, scripturas, & alia opera, in quibus præfatæ Censuræ quomodolibet continentur, laudantur, & defenduntur, Apostolica auctoritate prohibemus, ac pro veritis habere volumus; mandamúsque ne aliquis illos, ac illa legere, aut penes se retinere præsumat, sed locorum Ordinarijs, aut Hæreticæ prauitatis Inquisitoribus in locis, in quibus S. Inquisitionis officium exercetur consignet, sub pœna excommunicationis, ut suprà ipso facto incurrendæ. Dictisque Ordinarijs, ut etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis, nec non præfatis hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtè præcipimus, ut contra transgressores, inobedientes, ac rebelles diligenter inquirant, & procedant, & ad declarationem dictæ excommunicationis, & ad alias pœnas pro grauitate ipsorum inobedientiæ ac transgressionis pro eorum arbitrio procedant. Cæterum ulterius de præfatis Censuris judicium, deque opinionibus in prædictis libris Iacobi Vernant, & Amadei Guimeonij contentis, nec non de alijs in eisdem Censuris expressis, siue in eis præmemoratæ opiniones notentur, siue non, nobis, ac S. Sedi Apostolicæ reseruamus. Decernentes insuper præsentes Litteras semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos ubique judicari, & definiri debere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum & inane esse quidquid secus super his à quocumque quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem ut præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis Originalibus Litteris adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc nostram Constitutionem, & Ordinationem, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, ejus se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1665. septimo Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno undecimo.

I. Cardinalis Prodatarius,

S. VOOLINVS.

Visa de Curia, P. CIAMPINVS

Registrata in Secretaria Brevium.

P. CAMPINVS.

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1665. Indict. 3. die vero 26. Mensis Iunij, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri, Diuina Prouidentia Papæ VII. anno ejus undecimo, supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ ac in aliis Locis solitis & consuetis urbis, per me Carolum Molanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, ac Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

LXXXVII.

Feria V. die 24. Septembris 1665.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. ALEXANDRO *Diuina Prouidentia Papa* VII. *ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter Deputatis.*

SAnctissimus D.N. audiuit non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ Disciplinæ relaxatiuas, & Animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim nouiter prodire: Et summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omnino ab Euangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam esse definiuit, in animarum perniciem dilatari, seu verius peruerti contingeret; idem Sanctissimus D. N. ut oues sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, latáque per quam itur ad perditionem, via, pro pastorali sollicitudine in rectam semitam euocaret, earumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris & deinde Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus serio commisit: Qui tantum negotium strenuè aggressi, eique sedulò incumbentes, & maturè discussis usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati suæ singillatim exposuerunt.

Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum diuinorum ad eas virtutes pertinentium.

Vir equestris ad duellum prouocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

Sententia asserens, Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem *hæresis*, & aliorum criminium, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentinæ, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Iulij in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerata est.

Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absoluere quoscumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.

Quamuis euidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare si probare non possis.

Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione; ac proinde non est denuntiandus.

Modus euadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est: Si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absoluere absque onere denunciandi.

Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet Celebranti correspondentem, idque post Decretum Vrbani VIII.

Post Decretum Vrbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur per alium satisfacere collato illi minori stipendio, alia parte stipendij sibi retenta.

Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium vnum offerre; Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quòd pro nullo alio offeram.

Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam cau-

causam, non tenemur in sequenti confessione exprimere.

Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.

Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram grauissimis Viris prædicta impingere nisi occidatur.

Licet interficere falsum Accusatorem, falsos Testes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Vxorem in adulterio deprehensam.

Restitutio à Piò V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Iudicis, eò quod sit pœna.

Habens Cappellaniam collatiuam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet.

Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente non exigit illam pro collatione beneficij, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subiicere præcepto.

Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ, ideóque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.

Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens: commisi cum soluta graue peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Iudex pecuniam, accipere pro ferenda sententia in fauorem unius præ alio.

Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.

Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium Propositionum examini cura & studium impenditur, interea idem Sanctissimus re maturè considerata statuit, & decreuit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimùm, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatiuè, publicè, aut priuatim tractauerit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à quo non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolui.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Diuini Iudicij prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.


Ioannes Lupus Sancta Romana, & Vniversalis Inquisitionis Not.

Loco † Sigilli.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto,

Indictione tertia, die verò 2. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, D.N.D. Alexandri, diuina Prouidentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D.N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

ROMÆ *Ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ* 1665.



LXXXVIII.

Feria v. Die 18. Maij 1666.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo D.N.D. ALEXANDRO *Diuina prouidentia* Papa VII. *ac Eminentissimis, & Reuerendiss. DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

SANCTISSIMVS D.N. post latum Decretum die XXIV. Septembris proximè elapsi, quo viginti octo Propositiones damnatæ fuerunt, examinatis sedulò, & accuratè usque ad hanc diem infrascriptis alijs quadragesimum quintum numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reuerendissimos DD. Cardinales aduersus hæreticam prauitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audiuit.

Propositio 29. In die Iejunii, qui sæpiùs modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit Iejunium.

30. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum *jejunio*.

31. Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.

32. Non est euidens, quod consuetudo non comedendi oua, & lacticinia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque Eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit.

34. In die Palmarum recitans officium Paschale, satisfacit præcepto.

35. Vnico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientiæ uti priuilegiis suis, quæ sunt expresè reuocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatæ à Paulo V. hodie sunt reualidatæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimùm, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula *quamprimùm* intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinatius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis es-

uellis esset ad oblectamentum concubinatij, vulgo *regalo*, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam,& aliæ epulæ tœdio magno concubinarium afficerent,& alia famula nimis difficilè inueniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro Anima relictum,non durat plus quam per decem annos.

44. Quoad forum conscientiæ,Reo correcto,ejusque contumacia cessante,cessant censuræ.

45. Libri prohibiti donec expurgentur,possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis,idem Sanctissimus statuit, ac decreuit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimùm tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas,sicut eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatiuè,publicè,aut priuatim tractauerit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præter quam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolui.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Diuini Iudicij prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ,& Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † sigilli.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die verò 23. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, D. N. D. Alexandri, diuina Prouidentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

ROMÆ, *Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.* 1666.

LXXXIX.

DECRETVM

Sacræ Congregationis Eminentissimorum, ac Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctiss. D. N. ALEXANDRO Papa VII. *Sanctaque Sede Apost. ad* Indicem *Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.*

SACRÆ Indicis Congregationis decreto damnati, prohibiti, ac respectiuè suspensi fuerunt infrascripti omnes Libri, vbicumque & quocumque Idiomate impressi,imprimendiue. Nemo cujuscumque gradus, & conditionis eos imposterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit inquisitoribus, *seu* locorum ordinarijs à præsentis Decreti notitia tradat sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

ALberto Magno (*sic falsò inscribitur quidam Libellus*) diuiso in trè Libri.
Anonymi cujusdam Liber, *inscriptus*, Theologia Moralis Iesuitarum.

Amadæi Gulmenij Lomarenfis Opufculum, Singularia Vniuerfæ ferè Theologiæ Moralis complectens, aduerfus quorumdam Expoftulationes contra nonnullas Iefuitarum opiniones morales.

L'Ateifta Conuinto dalle fole ragioni dell' *Abbate* Filippo Maria Bonini.

Le bon Vfage de l'Eucharistie, ou la vraye, & fainte pratique du Myftere du Sacrement de la Cene de I. C. N. *par* Iean de Labadie.

D. Curradi Dieterici Inftitutiones Cathecheticæ.

Dialogi Iftorici, ouero Compendio Iftorico dell' Italia, e dello Stato prefente de' Principi, e Republiche Italiane dell' Accademico Incognito. Prima Parte, Seconda, e Terza.

Difputatio de Miniftrando Baptifmo humanis fœtibus Abortiuorum à P. Hieronymo Florentino, &c. *Non permittitur, nisi correcta iuxta vltimam impressionem Lucæ ex Typographia Hyacinthi Pacij.*

Folium quoddam, *cum hac inscriptione*, Propofitiones Belgio-unito-Romanæ, ac Papales, *incipiens*; Peccatum non eft Sacrificium Deo, *&c.*

Friderici Spanhemij Differtationes Theologico-Hiftoricæ.

Leo Allatius Nimiæ temeritatis conuictus; *siue* Difputatio Apologetica de Euidenti Ecclefiæ Orientalis, & Occidentalis diffenfu; quam Præfide *Ioh.* Henrico Hottingero *Sac. Th. D.* publicæ Cenfuræ Academicæ fubijcit Octo Cornelius *Bremensis.*

Libelli quidam continentes particularem cultum B. Annæ; *& sunt*;

Orazioni quotidiane da recitarfi in Honore delle noue grandezze di S. Anna.

Prattico Riftretto delle deuotioni da farfi alla gloriofa S. Anna.

Rofario della gloriofa S. Annà.

Libelli quidam continentes Indulgentias, Gratias, Priuilegia, *&c.* Confraternitatis Sanctiffimæ Trinitatis de Redemptione Captiuorum, & Beatæ Mariæ de Remedio; *& sunt.*

Breuiffimo Compendio dell' Indulgenzie, Grazie, e priuilegij, & effenzioni concesse da' Sommi Pontefici all' Ordine della Santiffima Trinità della Redenzione de' Schiaui.

Breuiffimo Sommario dell' Indulgentie, Grazie, e priuilegij conceffi da' Sommi Pontefici all' Ordine della Santiffima Trinità del Rifcatto.

La Celefte Inftitutione del Sagro Ordine della Santiffima Trinità della Redentione delli Schiaui, con li Priuilegij, *&c.*

Compendio della Vita miracolofa de' Santi Gio. de Mata, e Felice *Valesio, &c.* Con una breuiffima dichiaratione delle facre Indulgenzie.

Compendio delli Priuilegij, Gratie, & Indulgentie da' Sommi Pontefici conceffi all' Ordine, & Archiconfraternità della Santiffima Trinità del Rifcatto, alla quale è unita la Confraternità della Madonna del Rimedio.

Compendio memorabile dell' Inftitutione, approbatione, e progreffo dell' Ordine della Santiffima Trinità del Rifcatto, e didue delle più Sante Confraternità, *&c.*

Compendio de gl' Obblighi, Indulgentie, Gratie, e Priuilegij, che godono li fratelli, e forelle della Compagnia Trinità del Rifcatto.

La Saincte Confrerie du Redempteur; *ou* le grand Trefor des Indulgences concedées par plufieurs Papes à la Confrerie de la Sainte Trinité *ou* Redemption des Captifs, *&c.*

Folium quoddam cum hac infcriptione: Breue Sommario delli Priuilegij, e Indulgentie conceffe da Innocenzo Terzo, *&c.* all' Ordine, & Archiconfraternità della Santiffima Trinità del Rifcatto, *&c.*

Premiere Apologie pour Monfieur de Labadie, & pour la iuftice de fa Declaration.

In Vita D. Aurelij Auguftini confcripta à P. Ioanne Riuio Ord. Eremitarum S. Auguftini, deleantur illa verba, quæ funt in fine §. fecundi Libri Quarti fol. 519. impreffionis Antuerpienfis 1646. videlicet: *Quibus dum similia, &c.* ufque ad illa verba: *De Enchiridio ista sufficiant.*

In quorum fidem manu, & Sigillo Eminentiffimi Domini Cardinalis Ginetti Epifcopi Sabinen. fupradictæ Sac. Congregationis Præfecti præfens decretum fignatum,

signatum, & munitum fuit. ROMÆ in Palatio Apostolico Quirinali die 10. Aprilis 1666.

M. Card. Ginettus.


Loco† sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Præd. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi 1666. Indictione quarta, die verò 10. mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri, diuina Prouidentia Papæ VII. anno eius vndecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Hilarius Centellus Cursorum Mag.

ROMÆ, *Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.* 1666.



XC.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V. Die 15. Iulij 1666.

PRODIIT mensibus elapsis libellus quidam idiomate Gallico impressus absque nomine auctoris, & sine loco impressionis, cui titulus: *Recit de ce qui s'est passé au Parlement au sujet de la Bulle de nostre Sainct Pere le Pape Alexandre VII. contre les Censures de Sorbonne.* Cumque Sanctiss. D.N. Alexandro prædicto, ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus supremis, & generalibus Inquisitoribus in tota Republica Christiana innotuerit libellum prædictum falsitatibus, & erroribus vndequaque esse refertum, Auctoremque omnia suo capite componere, contineréque propositiones erroneas, & scandalosas, Sanctissimo Domino Nostro, & Sanctæ Sedis auctoritati iniuriosas. Sanctitas sua huic malo occurrere volens, quod in perniciem Reipublicæ Christianæ verti posset. Auditis votis Eminentissimorum supradictorum mandauit, atque decreuit, libellum prædictum omnino prohiberi, prout præsenti decreto damnat, & prohibet, ac sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis decernit, ne quis libellum prædictum apud se retinere, legere, vel quocumque idiomate imprimere, vel imprimi facere audeat, sed eumdem libellum, vel locorum Ordinarijs, vel hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, statim tradere, & consignare teneatur.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Locus † sigilli.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die verò 20. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri diuina Prouidentia Papæ VII. anno duodecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

ROMÆ, *Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.* 1666.

DECRE-

XCI.

DECRETVM.

Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. S.R.E. Cardinalium à Sanctiſſ. D. N. ALEXANDRO Papa VII. *Sanctaque Sede Apoſtolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permiſſionem, prohibitionem, expurgationem, impreſſionem in vniuerſa Republica Chriſtiana ſpecialiter deputatorum vbique publicandum.*

SACRÆ Indicis Congregationis decreto damnati, & prohibiti, ac reſpectiuè ſuſpenſi fuerunt infraſcripti omnes libri vbicunque, & quocunque idiomate impreſſi, imprimendiue. Nemo cuiuſcumque gradus, & conditionis, eos in poſterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinarijs à præfectis Decreti notitia tradat ſub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

ASTRONOMIÆ Microcoſmicæ ſyſtema nouum; *cum annexo opuſculo cuius titulus eſt.* Io Euerſionem ſcholaſticæ Medicinæ, Exercitationum paradoxicarum Decas; *Auctore* Sebaſtiano Bartolo Parthenopæo.

Familiare Caſtigo Apologetico ſul diſcorſo Geneologico, *&c.* dedicato alla Verità, *da* Latino Volgati.

Epiſtolæ quædam Gallicè conſcriptæ quarum titulus eſt.

L'Hereſie Imaginaire.

P. Hippolyti Marracij *opera ſequentia.*

Alloquutiones Pacificæ pro Immaculata Conceptione.

Excuſatio pro Libello prænotato, fides Caietana, ac pro opere inſcripto, Caietanus Triumphatus, ac Triumphator in Controuerſia Conceptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

Magiſter à diſcipulo edoctus in cauſa Conceptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

Meditamenta circa Bullam Alexandrinam, in fauorem Deiparæ Virginis ab originali peccato præſeruatæ editam.

L'Homme irreprochable en ſa Conuerſation diuisè en trois parties, en chacune deſquelles eſt traitée la maniere de parler, *&c.* Par *Charles* Bonnefille *Bachelier en Theologie.*

Homo Politicus, *hoc eſt* Conſiliarius nouus, *&c.* Auctore Pacifico à Lapide.

Mater Honorificata, *ſiue* de laudibus, excellentijs, & prærogatiuis Diuæ Annæ; opera, & ſtudio R. P. Ioannis Thomæ à Sancto Cyrillo; *donec corrigatur.*

Noua Concordia Prædeſtinationis cum libertate humana, Auctore Fratre Gregorio de Sebenico.

Paradiſo Catolico per l'anime deuote.

Vniuerſæ Hiſtoriæ, cùm Sacræ, tum Prophanæ idea odio & opera Ioannis Bunonis.

Folia quædam partim *Gallicè*, partim *Latinè edita quorum tituli ſunt.*

De Elogio primo, ac præcipuo doctrinæ Angelici doctoris Sancti Thomæ Aquinatis occaſione pertinentis cuiuſdam impertinentis, *&c.*

Propoſitiones Belgio-vniro Romanæ, ac Papales, *literum prohibetur hoc folium cum elucidationibus cum quibus fuit iterum impreſſum.*

Scalæ Iacob Virginibus Deo eum propoſito perpetuæ Continentiæ, *&c.* à R.D. Ioanne Linderboo *&c.* applicatæ SS.T.Doct. Abrahamo Marzio, *&c.* approbatæ. Facultate

cultate Ioannis Episcopi Cartoriensis, &c. impressæ, Flosculi Electiores.

Mandement de Monseigneur l'Euesque & Comte d'Alet sur la signature du Formulaire.

Mandement de Monseigneur l'Euesque & Comte de Beauuais, Vidame de Gerberoi Pair de France, sur la Signature du Formulaire.

Mandement de Monseigneur l'Euesque d'Angers sur la Signature du Formulaire.

Mandement de Monseigneur l'Euesque de Pamiers sur la Signature du Formulaire.

Memoire sur la Cause des Euesques qui ont distingué le fait du droit.

Second memoire contenant la response aux raisons Politiques que le Pere Annat allegue pour porter à poursuiure les Euesques qui ont distingué le fait, & le droit.

Troisieme Memoire contenant les reflections sur le Memoire presenté de la part de sa Maiesté à ceux qu'elle a faict consulter touchant l'affaire des Mandements.

Quatrieme Memoire sur l'iniquité, & les pernicieuses consequences de la conduite que les Iesuites inspirent au Pape, pour tourmenter les Euesques qui ont distingué le fait ; & le droit.

Cinquieme Memoire sur le droit qu'ont les Euesques de n'estre iugez que par douze Euesques de leur Prouince, Maintenu par l'Assemblée generale du Clergé de France de l'année 1650. & confirmé par la declaration du Roy de 1663. sur les articles de Sorbonne verifiez dans tous les Parlements.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Cardinalis Ginetti Episcopi Portuen. supradictæ Sacræ Congregationis Præfecti, præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Romæ*, in Palatio Apostolico Quirinali, 18. Ianuarij, 1667.

M. Episcop. Portuensis Card. Ginettus Præfectus.

Loco † Sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Præd. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi 1667. Indictione quinta, die verò 18. mensis Ianuarij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri, diuina Prouidentia Papæ VII. anno eius Duodecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicę Principis Apostolorum, Cancellarię Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Franciscum Perinum Sanctiss. D.N. Papæ Curs.

Petrus Paulus Desiderius Curs. Mag.

ROMÆ Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. 1667.

XCII.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V. Die 5. Maij 1667.

SANCTISSIMVS D.N. Alexander Papa VII. cùm acceperit non sine graui animi mœrore Scholasticos quosdam acrius, nec absque fidelium scandalo inter se contendere, *an illa Attritio, quæ concipitur ex metu Gehennæ, excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ ad impetrandam gratiam, in Sacramento Pœnitentiæ requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei*, asserentibus quibusdam, negantibus alijs, & inuicem aduersam sententiam censurantibus, Sanctitas Sua enixè cupiens pacis vinculum inter fideles seruari, omnemque scissuræ fomitem extingui, auditis votis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium aduersus hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, nec non DD. Consultorum, & Qualificatorum Sac. Congregationis eiusdem Generalis Inquisitionis; Hoc præsenti Decreto in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommu-

excommunicationis latæ sententiæ huic sanctæ Sedi reseruatæ, alijsque pœnis eiusdem sanctæ Sedis arbitrio taxandis, præcipit cunctis, & singulis fidelibus quocumque gradu, ac dignitate etiam Episcopali, & maiori, imò & Cardinalitia fulgentibus, vt si deinceps de materia *Attritionis* præfatæ scribent, vel libros, aut scripturas edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alio quouis modo pœnitentes, aut scholares, cæterosue erudient; non audeant alicuius theologicæ censuræ, alteriusue iniuriæ, aut contumeliæ nota taxare alterutram sententiam, siue negantem *necessitatem aliqualis dilectionis Dei in præfata Attritione ex metu Gehennæ concepta*, quæ hodie inter Scholasticos communior videtur, siue asserentem *dictæ dilectionis necessitatem*, donec ab hac sancta Sede fuerit aliquid hac in re definitum. Statuitque præterea Decretum hoc, seu illius exemplum ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixum omnes vbique existentes arctare, & afficere, ac si vnicuique personaliter fuisset intimatum.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † sigilli.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi 1667. Indictione quinta, die vero 7. Maij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri Diuina Prouidentia Papæ VII. anno Decimotertio, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum, eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

ROMÆ, *Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ. 1667.*

FINIS.